

A Undecimò, fructus rei conductæ sunt hypothecati domino fundi pro pensione. *num. 150.*
 Duodecimò, Invecta in prædium conductum sunt obligata domino prædii pro pensione solvenda, & pro damnis rei conductæ illatis; si prædium sit urbanum, si rusticum: si tamen prædium rusticum sit, debent esse illata, domino sciente; si enim ipso ignorante illata sint, non sunt ipsi obligata. *num. 18. & seq.*
 Decimotertio, ædificium, ad quod restituendum vel reparandum pecunia mutuo data est, manet hypothecatum pro illa pecunia, cum jure prælationis ante alias hypothecas etiam expressas & priores, in eodem ædificio constitutas: Excipit tamen hypothecam uxoris pro dote, quæ si prior fuerit, præfertur. *num. 162.*
 Decimoquarto, navis, ad quam extruendam, emendam, ornandam, vel rebus necessariis extruendam, pecunia est mutua, manet obligata pro ea pecunia, sicut de ædificio dictum est. *num. 162.*
 Decimoquinto, omnis res, ad cujus conservationem pecu-

nia mutuo data est, manet obligata pro ea pecunia; idque præ aliis habentibus in ea priorem hypothecam: ut si quis dedit pro reficienda navi, vel ædificio, vel pro nautis necessariis ad illam salvandam. Item si solvit pretium vecturæ mercium; si mercedem comitantibus eas deducendi, &c. *Vide plura apud Molinam disputat. 438. & 536. & Anton. Negusant. Tractat. de Pignore.*
 Utraque hypotheca, id est, tacita, & expressa, est duplex, alia enim est universalis, alia particularis. Universalis est, in qua omnia bona obligantur; quod intellige non solum de præsentibus, sed de futuris, quæ pro tempore habuerit; ut patet *L. fin. C. Quæ res pign. obligari possunt.* Hæc tamen non im-
 L. fin. C. Quæ res possunt liberè vendi; quia in loco earum succedit pretium. Particularis est, quando res certa obligatur: hæc semper afficit rem, ad quemcunque perveniat, donec debitum fuerit solutum, vel obligatio condonata vel præscriptione extincta.

¶ Plura ad hunc Locum referri possunt ex Loco de Pignore.

FINIS LITTERÆ H.



THEATRUM
 VITÆ HUMANÆ,
 AUCTORE
 LAURENTIO BEYERLINCK,
 ARCHIPRESBYTERO ANTVERPIENSI,
 Litteras I. & K.

* Asterisci Titulis, sive Generalibus, sive Secundariis, Rebusve sub
 isdem contentis præfixi, posterioris Auctarii sunt indices.

A Jactantia.

* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

JACTANTIA, Græcè *υπερηγορία, υπερηγορία, ἀλαζονία*; unde Aristoteli *ἀλαζον*, jactator dicitur. Est autem jactantia, inanis de se & stulta prædicatio. *Vel sic:* Jactantia est, per quam primario quis se extollit supra id, quod in se est: secundario autem supra id, quod de eo alii opinantur, *secund. B. Thom. 2. 2. q. 110. art. 3.*
 Jactatio est voluptas gestiens, & se efficiens insolentius. *secund. Cic. lib. 4. Tus. quæst.*
 Jactate, unde jactantia & jactator veniunt, proprie est frequenter jactare: *Seneca: Dum lapillos jactaret in puteum.* Aliquando, volvere: *Virgil. Atque illum tales jactantem pedere curas.* Nonnunquam pro fatigare, concutere, vexare, affligere: *Virg. Jactatos equore toto Troas reliquias Danaum, atque inermis Achil.* Et licet Servius dicat, hoc interesse inter jactari & fatigari, quod jactatur mari, fatigatur terris: Virgiliano tamen exemplo satis apparet, ridiculam esse hujusmodi differentiationem, cum dicat *Virg. Terris jactantibus & alto.*
 Jactantia, Hebr. *gaon & Gaavab*, elatio, arrogantia, superbia, excellentia: quum quis excellit in oculis suis, & eximius coram aliis vult videri, quemadmodum quæ jactat & effundit verba testantur, sibi plus quam par est tribuens: à verbo *Gaav*, gloriatus est, elatus est, emittit, excellit. De Deo dictum, semper in optimam partem sumitur. De homine, distindtum est adhibenda. Pili in Deo gloriatur, & ejusdem beneficentiam abundè prædicant: impii vano gaudio tumidi seipso tollunt in altum, ut lapsi graviore ruant.
 Est autem jactantia, juxta *Aristot.* pejor quam Ironia, quia ex causa turpiori procedit, nempe cupiditate vana gloriæ, vel lucri. Et quamvis regulariter tantum sit peccatum veniale, tamen potest fieri mortale, si fiat cum injuria Dei, aut proximi, aut de opere quod est morale peccatum, vel ex motivo aliquo mortifero, de quibus legatur *Cajetanus quæst. 112. art. 2. ex D. Thoma.*

* EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

GAAL filius Obed, dicebat locis: *Quis est Abimelech, & Equæ est Sichem, ut serviamus ei: Utinam daret aliquis populum istum sub manu mea, ut auferam, &c. Judic. 9.*
 SAMSON leonem manibus inermis laceravit, nec tamen tantam probitatem indicare voluit. *Judic. 14.*
 GOLIATH Philisthæus exprobravit exercitui Israel, ut aliquis veniret cum eo ad singulare certamen: & in ipso duello turpiter cecidit. *1. Reg. 17.*
 ADONIAS filius Haggith elevabatur, dicens: Ego regnabo. Sed parùm duravit regnum ejus. *3. Reg. 1.*
 BENADAD Rex Syriæ, misit nuntios regi Israel, & ait: Hoc faciant mihi dñi, & hoc addant, si fuisse pulvis Samarie pugillis omnis populi, qui sequitur me: sed pulchre responsum est ei, Ne gloriatur accinctus æquè ut disinctus, &c. *3. Reg. 20.*
 Grandia verba & superba dixit Rapaces ex parte Regis Assyriorum, dicens: Nunquid liberaverunt dii gentium terram suam de manu regis Assyriorum? &c. *4. Reg. 18.*
 HOLOFERNES dixit Achior: Cum perculserimus omnes quasi hominem unum, tunc etiam ipse cum illis Assyriorum gladio interibis. *Judith. 6.*
 AMAN invitatus ad convivium Esther, vocavit amicos & uxorem suam, & exposuit illis magnitudinem divitarum suarum & filiorum, & quando apud reginam solus cum rege pranderet debebat. Sed nota, quod suspensus fuit in crastino, in eadem trabe quam paraverat Mardocheus. *Esther. 7.*
 ELIU dixit multa verba jactantiæ. *Job. 32.* Ostendam vobis sapientiam meam.
 Aperuit Isajas verba regis Assyriorum: In fortitudine manus mee feci, & sapientia mea intellexi, &c. Non fuit qui moveret pennam, & aperiret os suum, & ganniret, &c. *Isajas 10.*
 De Nabuchodonosor intelligitur ad litteram illud Isajæ: Dicebat in corde suo, In caelum conscendam, supra astra Dei exaltabo solum meum, & similis ero Altissimo. *Isa. 14.*
 Per Hieremiam dicitur de Moab: Sublimitatem ejus & arrogantiam ejus: quòd non sit juxta eam ejus virtus, &c. *Jerem. 48.*
 NABUCHODONOSOR rex Babylonis dixit tribus locis Danielis, qui noluerunt statum ejus adorare: Quis est Deus

A Deus qui eripuit vos de manu mea: Dan. 3.
 Deambulans in aula Nabuchodonosor, ait: Nonne haec est Babylon civitas magna, quam edificavi in domum regni, in robore fortitudinis meae, & in gloria decoris mei? Cumque adhuc sermo esset, vox de caelo viit, &c. Dan. 4.
 Audivit Seroh, quod congregavit Judas Ecclesiam fidelium, & ait: Factam mihi nomen, & debellabo Judam: sed ipse contra fuit cito debellatus ab eo. 1. Mac. 2.
 DEMETRIUS filius Demetrii misit ad Jonathanem dicens: Descende ad nos in campum, & comparemus illic invicem, quia mecum est virtus bellorum, Interroga, & dices, quis sum ego, &c. Sed paulo post male successit ei, 1. Mac. 10.
 NICANOR pugnatorum contra Judam, vocavit negotiatores, promittens se daturum pro uno talento nonaginta mancipia Judaeorum. 2. Mac. 8.
 Multitudine ad arma concurrente, fugatus est turpiter Antiochus de Persepoli civitate Persidis, & superbe locutus est, dicens se venturum Jerusalem, & congeriem sepulchri Judaeorum eam facturum. 2. Mac. 9.
 NICANOR interrogavit Judaeos, Si est potens in caelo qui imperavit diem Sabbatorum. Respondentibus illis, Dominus potens in caelo, qui constituit diem septimum; ait: Et ego potens sum super terram, &c. Ut supra praec. ca. 2. Mac. 15.

PETRUS valde audacter dixit Domino: Et si omnes scandalizati fuerint, sed non ego. Sed postea longe aliter accidit, Matth. 26, Marc. 14, Luc. 22, Joan. 17.

HISTORICA.

Olim Megarensis Corinthiis erant vestigales. Ceterum cum illorum imperium insolentius gravatum ferrent, ac defensionem pararent, missus est legatus Corinthiorum nomine, qui apud plebem Megarensium cum alia multa ferociter dixit, tum illud indignandum ac vociferans intonuit: *εὐχρηστὰς ἰδὲ Κόρινθοι*, id est, Non feret Jovis filius Corinthus. Id ubi sepius iteraret, concitatus populus, incelebravit cepit, feri, feri Jovis Corinthum; simulque legatum expulerunt. Erat autem Corinthus hic Corinthiorum rex, Jove propterea; tamen *Pausan.* in Corinth. negat se apud auctores serios reperiri, Corinthum Jovis fuisse filium: sed vulgus duntaxat Corinthiorum ita praedicare. *Erasmus* in *Adagio.*

Alectryonem ducem Philippi regis, Chares Atheniensis conecerat. Cujus facti, cum nimium crebro, nimisque insolenter apud populum Atheniensem meminisset, vulgo usurpanti coepit proverbium in jactabundos: *φιλίππου Ἀλεκτρυόνος*. *Erasmus* in *Adagio.*

Adolescenti cuidam jactanti sese, quod dum Rhodi esset, admirabiles fecisset saltus; quidam ex auditoribus interpellato sermone, *ἰδὲ Ρῶδοι*, inquit, *ἰδὲ Ρῶδοι*: id est, Ecce Rhodus, ecce saltus. *Erasmus* in *Adagio.*

Phocion quidam Peripateticus libro suo titulum fecit, *κέρως ἀναστρέφειν, ἵεση Γελίο*. Plinius item ostendit, Græcos aliquot hanc inscriptionem nimis arrogantem suis commentariis imposuisse, tanquam non nihil in eis contineretur, & quidvis inde peti atque accipi possit.

MYXUS Sacerdos quispiam fuit Diana, gloriosus & magniloquus, qui se fingebat omnia mirari. Hinc in superbos & gloriabundos dici consuevit, Papæ Mixus. *Erasmus* in *Adagio.*

D ASTYDAMAS histrio quispiam fuit Morsym F. Huic statua in theatro ponenda decreta fuerat a populo, quod in agendo Parthenopæum seie gnavit ac scite gessisset. Itaque titulum ipse conscripsit, in quo suas laudes complectebatur, eumque in concione attulit, ut approbatus adderetur statua. Verum suffragis populi decretam, ne arrogans ille titulus inscriberetur. Ea res primum comædiae joci agitata, in proverbium abiit, ita nunc quoque in facie vulgus dicitur, malignos esse vicinos illi, qui ipse laudator sui fuerit. Titulus extat etiamnum apud Svidam:

Ἐστὶν ἄνθρωπος οὗτος ἰσοπέδου, ὃ κέρως ἀναστρέφει, ὃς ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν ἰσοπέδου ἀναστρέφει, ὃς ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν ἰσοπέδου ἀναστρέφει.
 Nunc ἰσοπέδου ἀναστρέφει, ὃς ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν ἰσοπέδου ἀναστρέφει, ἰσοπέδου ἀναστρέφει, ὃς ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν ἰσοπέδου ἀναστρέφει.
 Quos penes est lingua suavis loquentis homo:
 Præmia primæ equidem citra certamen haberem:
 Nunc adimunt, in quos nil habet invidia.
Erasmus in *Adagio.*

A quidem tabulas post mortem ejus senatus & deponi iussit & exuri. Fuerunt & alia sub eo bella plurima, ex quibus semper primus victor revertit, & cum ingentibus spoliis, atque captivis. Exstat oratio ejusdem missa ad Senatam, cujus hoc exemplum est: Brevis tempore, P. C. tot bella gessi, quot nemo veterum. Tantum prædæ in Romanum solam attuli, quantum sperari non potuit. Tantum captivorum adduxi, ut vix sola Romana sufficiant. *Sporcia.*

GALEACIUS MARIA SFORCIA consularis nobilissimus matronis, pari impudentia facinus palam jactare consueverat. *Brutus* lib. 6. hist. Florentina.

SIMONIDES cantilenarum conditor, cum Lacedæmoniorum rex Panfanas, qui perpetuo res suas gestas jactabat, juberet jocularetur, ut sibi præceptum aliquod sapiens daret; postquam hominis insolentiam adverit: ut meminisset, consulebat, hominem esse. *Plut.* in oratione consol. ad Apollonium.

SOCRATES Alcibiadem intutus, & ob divitiarum inflatum, & superbientem opibus prædilectum, in quendam locum duxit, in quo suspensa erat cosmographica tabula, terræ circuitum complexa: jussitque Alcibiadem, Atticam in ea inquirere: quam ubi invenit, sua etiam prædica inspicere præcepit. Quæ cum Alcibiades nullquam esse picta diceret: Cur igitur, Socrates inquit, ob illa superbis, quæ circa nullam terræ partem existunt? *Erasmus* in *apoph. ex Acta* lib. 3.

* Et quamvis Jactantia vitium peritque magnis ingenis sit comes, adeoque in illis veritate nitatur, quam de se præter modestiam essent, prædicator, nullis tamen magis proprium de apparente sua sapientia & virtute quæ caret, joculari, & velut insanire apud omnes, quàm hæreticis, ut qui matrem habent superbiunt, prout supra loco de Hæreticis locutentur asseritur. Exempla obvia ibidem adducuntur, quibus addimus ex Bolleco, indomitam Calvini de seipso jactantiam: Ut qui non solum omnes Patres incitavit arguit, & Doctorum Scholasticos Sophistas indignat, lib. 2. Infit. c. 14. §. 3. lib. 3. c. 4. §. 38. & c. 5. §. 10. & alibi; sed & pro concione sapientis usurpabat, Deus Propheta sum, Ego Dei spiritum habeo, Ego si erro, tu Deus es qui me in errorem mittis & decipis propter peccata populi. Quod certo quodam sensu, quamvis eum non intenderit iste, verum esse poterit: Deus enim ob scelera populi nonnunquam permittit magistros mendaces, qui spiritum erroris exacerant corda secleratorum, panemque verbi sui illi subtrahit in panem flagitorum. Quo etiam sensu Attilla de Dei flagellum nominabat. Legat de hac Calvini & sequacium immodestia, qui volet, vitam Beæ per Bolleco, & Julii Bargerii Flores, *Servi Commentarios*, &c.

M. LUTHERI errores exordium sumpserit, quod Indulgentiæ quædam per Germaniam promulgandæ, commissa fuissent Dominicanis, non Augustinianis, quorum est grege ipse erat, notum est ex Cocleio in *Actis Lutheri* an. 1517. Eius autem jactantia, & maledicentia tanta erat, ut in lib. contra Regem Angliæ scribat, Reges, Principes, Pontifices non esse dignos, qui solvant ipsius corrigiam calcemanti: se pro sancto haberi velle, velint, nolint homines. Item, se non magni facere mille Cyprianos, Augustinos. Et lib. cont. Emserum, doctrinam suam insubabilem asserit, addens hæc verba: Si se meli deprehenderit ita mentis, falsus & crasse stolidus, jam rota mea doctrina, & honor & fidelitas finem penitus haberet, ubiqueque me pro nequam, & nebulone infamam (ut arguunt est) sed & merito talis habetur ab initio, & haberi debet, habiturus esset.

D Exempla Jactantia aliorum, petantur ex *Loco de Hæreticis*, Tit. Hæresim origo, & ex Hæresarchis omnium temporum, quos ibidem per compendium in medium produximus.

* JACTANTIA EXOSA, ET PUNITA.
 Narrat Josephus lib. 19. c. 7. de bello Jud. Silam magistrum militiæ Regis Agrippæ, cum propter officia plurima fideliter præstita, cum Rege licentiis ageret, & itidem labores pro eo exhaustos referret, & velut exprobraret, in tantum Regis animum exasperasse, ut illi ademerit præfecturam, vincamque in patriam suam, velut in perpetuum carcerem, miserit.

De Matio narratur apud Hannibalem Scotum lib. 5. comm. in Tacitum, quod una sui jactatione plus gloriæ famæque perdidit, quam reliquis operibus fortiter acquisivisset: publicæque commendationis vota demeruerit. *Martialis* egregium est Epigramma:
 Quæ mihi præstiteris memini, semperque tenebo:
 Cur igitur taceo Possideme: tu loqueris.
 Incipio quoties alicuius dona referre,
 Protinus exclamat, dixerat ille mihi.
 L. B. Theatr. vitæ Humanæ. Tom. IV.

Non bellæ quadam facioni dicit sufficit unus.
 Huic operi: si vis ut loquar, ipse tace.
 Crede mihi: quamvis ingenia; Possideme, donec,
 Auctori: pereunt garrulitate sui.

* APOPTHEGMATA.

DIOGENES puero cuidam, qui vellet se recipi in numerum discipulorum Diogenis, ac diceret se excellere ingenio, respondit: Si adeo excellis ingenio, optimisque moribus præditus jam es, non est quod me præceptore ad vitam necessitatis dicas. Notavit autem inanem adolescentis jactantiam, & indignum putavit, ut in philosophiæ studio educaretur. *Bruf.* lib. 3. ex Laert.

ARISTOTELES admonebat suos, ne nimium se laudent ipsos, nec vituperent etiam: Laudare enim seipsum, vani vituperare, stulti est. *Bruf.* lib. 3. ex Stob.

LAOSTHENES, quum Athenienses ad inferendum reliquæ Græciæ bellum assiduis stimulis concitaret, ac de se multa varisque jactaret, Phocion ait: Cupressi sunt plani similes ferromes tui; illi enim magni sunt, nec tamen ullos ferunt fructus. *Plut.* in Pho.

Peregrinus quidam Spartæ crepidatus, altero pede stans rectus, ad Laconem dixit: Nequaquam puto te, ô Lacon, tantum temporis, quantum ego, inde præstare posse. Urbanè excipiens Lacon: Minime (inquit) sed ex anteribus nullus est, qui hoc non possit. *Plut.* in Lac.

PHILIPPUS cum minaretur Lacedæmonis per literas, diceretque se omnia que conarentur prohibitorum: Lacedæmonii jactantiam ejus iridentes, interrogarunt Philippum, Num morti etiam eos esset prohibitorum? *Plut.*

Quum M. Livius sibi postulare acceptum ferri, quod Fabius cepisset Tarentum, videlicet quod in arce præsidio habuisset: ceteris jactantiam hominis detestantibus, Vera (inquit Fabius) narra: nam nisi tu civitatem amississet, nequaquam ego recepissem. *Plut.* in apoph.

CICERONI jactanti apud Vaticanum, quod humeris Reipub. de exilio advectus sit, urbanè inquit: Unde tibi varices? *Bruf.* lib. 3.

SYLLA factus prætor, quum indignabundus I. Casari sua in se illam potestate usurum esse dicitur, ridens Casar, Re-Ge-ctè, inquit, tum putas esse magistratum, quem tuis habes pecuniis comparatum. *Plut.*

AUGUSTUS CÆSAR, quempiam saxo in expeditione percussam, ac notabili cicatrice in fronte deformem, nimium tamen sua opera jactantem, sic leviter urbanèque castigavit: At quem fugeres, inquit, nunquam respexisti? *Bruf.* lib. 3.

* REPRESSA.

Jactantiam arrogantiamque reprimere non parva laus: eo que claruisse Leonem X. accepimus. Venerat ad eum nescio quis empyricus, peritiam summam & præsentem podagra curandæ medicinam penes se esse jactans. At ille homini illud illudere etiam volens, rogat, num habeat aliquot ducatorum millia, quæ ad menses paucos mutuo sibi det; eo que negante: Ne tu, ait, homo, vafer & subdolis. Si enim eam quam prædicas, experientiam haberes, crede, me longè divitiis præcelleres. Equis enim in orbe Princeps hoc malo liberari nolle: & ita planè confutum & convictum dimisit. *Ex Aul. Serm. memor. L. Beyerlinck. in apoph. Christian.*

LUDOVICUS XII. Gall. Rex, audiebat Bearnenfes & Pictones, homines ignobiles & ignavos, cum veris nobilibus de generis splendore gloriari: Atqui, agebat, decem istiusmodi nobilibus, unicus ems fatis superque fuerit. *Ex Annal. Franciæ Idem.*

Require Castigatio, Superbia, &c.

Jacula. Jaculatores.
 Jaculatores Boni. *Require Locum de Agilitate & Arcu.*
 Jaculorum Certamina. *Pete ex Loco Certaminum.*

Jamborum.
 Scriptores. *Vide locum de Poetis. Tit. Poetarum disferentia.*

* Janua.
 I Anua est ingressus primus ad interiora domus: Dicta à Jano, cui veteres omnem introitum consecrabant, teste

A teste Cic. lib. de nat. Deorum Differt ab ostio, quod id magis propriè de introitu in cubiculum usurpat, quomodo Porta ad Civitates, Arces, Palatia pertinet. Sunt qui ab Iana, id est, ire, derivent, quod per eam catur introitus. Græcis autem dicitur θύρα, Hebræis Schabar, Perbach.

Partes Januam, superstitione Antiquitas singularibus Diis factas esse voluit. Ita Cardines, Cardes dæ (quam quidam libentius Carnam vocant) quæ, ut canit in sexto Pastorum Ovidius, ab Jano, comprehensa accepit cardinum potestatem, prius Crane nuncupata, dein per antistichon, Carna; Hinc & Cardineam viri alioquin eruditi, inter quos Sipontinus, appellatur. Cardines ab eo nuncupent, quod in valvis ostiisque sustinentis præstant, dignitatem, auctoritatem, rei que summam significari, Pierius docet lib. 49. inde etiam Cardinales dicti, de quibus vide ibidem.

Liminum similiter custodem atque præsidem finxerunt Limentinum Deum. De his sic scribit Terentius in lib. de Idolorum. Certi enim esse debemus, si quos latet per ignorantiam literaturæ secularis, etiam ostiorum Deos apud Romanos, Cardineam à cardinibus appellatum, & Forculum à foribus, & Limentinum à limine, & ipsum Janum à Janua.

RELIGIO.

Nulli in Janua, quæcumque esset hora, veteres loqui fas esse arbitrabantur. Nam Pythagoricum & Ægyptiorum dogma sapientum id fuit, quom Deum innere silentio esse colendum, à quo sunt rerum primordia.

Calvus lib. 16. cap. 1. ibidem in Januis olim, meridiei & australi symbola via fuisse testatur.

Limina, quia sacra veteribus, idcirco limen calcari in ingressu domus, sine scelere à nova nupta minime posse putabatur. Ita enim ingrediebantur ille, ut limen pedibus non tangerent, neque per se transirent aut transcendere, sed aliorum manibus sublevarentur ac tollerentur, quod refert Plinius in quest. Rom. ejusque rei rationes ibidem explicat. Eadem de re idem Plutarchus in Romulo scripsit. Huc pertinet illud Catulli in carmine nuptiali Julii & Manulii;

Transfer omne cum bono Limen aureolis pedes.

Huc quoque non incommodè videtur posse referri superstitione cultorum Dagonis, qui limen portæ templi transilire solebant, eod quod idoli illius caput atque manus ibi jacuerant, ut 1. Reg. 5. scriptum est. Eandem superstitionem Sophonisæ quoque cap. 1. videtur perstringere, cum inquit: Qui transilunt limen.

Postes similiter veteres venerari fuerunt soliti. Valer. Max. lib. 2. c. 5. scribit: Prædones quodam, cum à Scipione Africano foribus referatis intronmissi fuissent, postes januæ tanquam aliquam religiosissimam aram, sanctumque templum veneratos fuisse. Huc quoque pertinet illud Virg. secundo Æneid.

Tam pavide tectis mares ingentibus errant, Amplexæque tenent postes, atque oscula figunt.

Apud Plautum limen inferum & superum, quadam religione salubatur, & apud Tibullum liminibus oscula dantur, ut hic apud Maronem postibus; & qui ædem dedicabat, postem tenebat: ad deorumque placandam iram, postes caput tundeant. Non ego, inquit Tibullus, si merui, abitem procumbere templis.

Et dare sacratis oscula liminibus, Non ego tellurem pedibus pertere supplex, Et miserum sancto tundere posse caput.

Et apud Poetas amatores dant postibus festa.

Vetus quoque Romanorum mos fuit, ut novæ nuptæ mariti domum intrantes, axungia postes ungerent; ea enim religione tenebantur, ut axungia putarent pleraque mala pelli. Servius lib. 4. Æneidos, morem fuisse ait, ut nubentes puella, simul cum venissent ad mariti limen, postes antequam ingrederentur, ornarent lanceis vitris, & oleo ungerent, & inde uxores dicitas.

Sed Plinius & Massurius non oleo aut axungia, sed lupino adipe postes ungerere moris fuisse, prodiderunt, ne scilicet malum aliquod medicamentum inferretur, Ab illo postes ungerendi more, Unxia Jano cognominata, teste Mariano, Vide infra, Veneratio.

CUSTODES.

Antiquitus illustres domus, qui etiam hodie mos est, legimus habuisse suos custodes, quibus Januam, ædiumque custodiam commissa erat; quique aperiendi & claudendi, & homines vel intronitendi, vel extrouendi, canes, fures, mendicos abigendi potestatem habebant. Virgil. lib. 9. Æneid.

— sic Dardanio Anchise Armiger ante fuit fuisse que ad limina custos.

Dicuntur etiam Liminarchæ & Famuli ad limina, Silius 1. Punic.

Famuli turbato ad limina somno Expavere truncem per vasta silentia vocem.

Ubi famuli ad limina sunt liminis præfecti, cubiculi custodes. Hi à Græcis θύραρχοι, & θύραξ τῆς θύρας, θύραρχος à Latinis janitores & ostiarii, in femininis genere janitrices & ostiariæ appellantur. Plut. in Afri.

Ita hæc morata est Janua, exemplo janitorem Clamat, procul si quem videt ad se ire calcitrone.

Apud Romanos Imperatores habebant suos ministros ad fores, & admissionales, qui eos, qui salutatum veniebant, admittere vel dimittere solebant; quorum mentio fit ab Ælio Lampridio in vita Severi Imperatoris. Salutabatur, inquit, quasi unus de senatoribus, patente velo, admissionalibus remotis, aut solis, qui administrati ad fores fuerant, cum antea salutatum Principem non liceret, quod eos videre non poterat.

Admissionales ergo dicebantur, quorum officium erat admittere intra cubiculum volentes salutare Principem & allocui.

Ab Ammiano Marcellino dicitur est Magister admissionum, qui præerat hujuscemodi negotio, sive officio admittendi in cubiculum, & introducendi ad Principem: quæ dignitas, ut ibidem ait, fuit honorata.

VENERATIO APUD ETHNICOS.

Tanta erat apud veteres Ethnicos superstitionum observatio, ut etiam Januas ipsas domorum insidieret demonum cultus. Quas mihi potestates janitricis adfirmas; ait Terentius; qui & alibi copiosè describit de idololatriæ ritibus, quibus Januas inuibrabant, & infamabant; eamque ob causam vel Christianorum fores nunquam vel lucernas orandas, vel ferus & frondibus coronandas esse. Ostiorum deos, inquit, apud Rom. Cardem à cardinibus appellatam, & Forculum à foribus, & Limentinum à limine, & ipsum Janum à Janua: & utique scimus, licet nomina inania atque conficta sint, cum tamen in superstitionem deducuntur, rapere ad se demonia, & omnem spiritum immundum per consecrationis obligamentum, Alioquin demonia nullum habent nomen singulatum, sed ibi nomen inveniunt, ubi & pignus. Etiam apud Græcos Apollinem Supplicem, & Antelios demonas ostiorum præfides legimus, &c. Nam & alia ostia in balneis adorari videmus. Si autem sint que in ostiis adorentur, ad eos & Lucernæ & Laureæ pertinebunt. Idolo feceris quiaquid ostio feceris.

APUD CHRISTIANOS.

Christiani, ut idololatriæ reliquias eliminarent, liminaque demonum cultu polluta expiant, Christoque dedicarent crucem Januis inscripserunt.

S. Ephem: Coronemus portarum frontes, ut Christiani, & non ut Gentiles atque Pagani, lauris aut floribus, aliique herbarum generibus. Error idolorum destructus est: mors spoliatæ est: inferorum captivitas revocata est: imperium erroris multorum deorum contractum est: homo liberatus est: Dominus regnavit à ligno: creatura lætatur. Crux dominatur, quam omnes adorant genes & populi, tribus & linguæ. Crucem depingamus & inculpamus in Januis nostris.

Inter alia Januarum idololatriæ monumenta & ornamenta fuerunt thoraces Serapidis, quos quomodo Christiani abacerint, eorumque loco Crucem sustulerint, refert Rufinus lib. 2. hist. c. 29. Et hoc est quod impium Julianum usit, qui non potuit ferre Christianos imagines Crucis ante deos pingentes.

PIACULA JANUARUM.

Etiam contra veneficia Januas muniebant. De quo nonnulla paulo ante, Pythagoras, inquit Plinius, scylla in limine Januæ suspensam malorum medicamentorum introitum pelere tradit. Eodem teste adeps silius apud antiquos etiam religiosus erat. Certe novæ nuptæ intrantes etiamnum soleme habent postes eo artingere: causam ibidem ponit Plinius, videlicet ne quid mali medicamentis inferretur. Imò ob eandem causam inscripta erant Januis hæc verba: Nihil ingrediat malum, teste Diogene Laertio. Hæc igitur & alia Januarum erant piacularia magica, quibus omnibus abjectis Christiani tropæum

Aphæum S. Crucis in Januis substituerunt, signum præprensens ad arcendum omne genus veneficiorum.

JANITORES.

Videatur Locus de Operis mechanica, quæ versantur circa rem inanimam artificialem. Crudeles erga Janitores. Quere in Loco de Crudeitate.

* Janus.

QUIS, EJUSQUE SIMULACRUM, ET IMAGO.

DE Jano varia commenta & opiniones diversas legere est dum alii mundum, alii cælum ipsam, alii Solem esse contendunt.

Macrobius asserit, fuisse Regem in Italia, qui primus templa diis ædificavit, & agriculturam invenit, & cum Saturno ibidem regnavit: ob cujus prudentiam & futurorum providentiam, eidem assegebant duo capita, quorum illo præterita, isto futura aspicere.

Veteres tamen intelligebant Noe, atque ita cum olim Gentiles nuncupabant, teste Beroso Aniano: didicimusque volent hoc nomine, eod quod Noe plantaverit, & primus vineam excolerit, vinumque mundo adulerit. Unde Hebræa vox Jain, vel Jen, vinum significat. Janus itaque idem quod vitifer, & menslem Januarium Noe consecratum olim fuisse, eod quod illo mense ex Arca venisset, observat Torvellus in suo Chronico: alii tamen probabilius aliter sentiunt, cum Noe egressus scribatur ex arca mense secundo, qui non fuit Januarius.

Fingebant autem Noe bifrontem, quod sæculum vidisset ante & post diluvium. Hinc Poeta lib. 1. Pastor. de Iano cecinit: Iane biceps anni acie labentis origo, Solus de superis qui tua terga visas, &c.

Fingebant Janum Januarum præfidem & custodem, anni Janitorem: huic & clavem inlar sceptri appingebant. Justus Lipsius U. C. quem imitai alii, idcirco statuum Jani horro suo quem Lugduni Batavorum exulum habebat, in accessu collocabat: qui & introeuntibus ediceret, quomodo se gerere in horro volebat: addens coronidem hanc, Quoquò te agis, te video: & paulo ante, Tu qui seriosus, tu qui rixosus, Exeter, Clusus ego sum vobis: nempe Jani capitibus indita nomina Clusus & Parulcius: à claudendo, & aperiendo sive patetaciendo.

Janus etiam locus erat Romæ in regione fori, ad quem mercatores & feneratoros conveniebant. Et apparet, duos Janos in Italia fuisse, Inferiorem & Superiorem. Imò etiam spatium inter illa duo Janum medium appellatum. Turnebus lib. 26. c. 26.

Sunt qui Janos vocant Portas itas magnas, quæ in viarum initis extrui olim solebant, unica tantum Janua aditum præbentes, quæ Portoni vulgus Italorum appellat. Fornices Dion. in Nerva vocat, & probatur auctoritate Ovidii lib. 2. Fastorum:

Carmenis porta dextro est via proxima Iano: Ire per hanc noli, qui quis es, omen habet.

Plerique nostro ævo novitatis avidi, Janum pro Joanne usurpant, nescio an veterum exemplo. Meminit Scriptura veteris & novi Testamenti nominis Joannes, sed Janum non agnoscit; neque ea contractio apud Latinos in usu est, cum terminatio dictionum non conveniat. Germanica igitur fuerit, qui Joannem Jan appellat communiter.

Haud ita pridem viri integerrimi, qui Joannis nomine innotuerat, dum ab amico Janus salutaretur, ei succussit, & velut de contumelia expostulatus, quod cum bifrontem, & velut duplici facie (ita vulgus dicere consuevit de subdolis & minus sinceris) infamularet.

* JANI TEMPLUM.

NUMA POMPELIUS Jano templum extruxit, quod Romulo alii adscribunt, contra Sabinos pugnaturo. Quod quidem templum claudebatur tempore belli, in pace aperiabatur. Fuit autem tertio clausum, tempore Numæ: post bellum Punicum secundum, & post bella Actiaca quæ consecit Augustus. Rationem hujus templi claudendi vel aperiendi, variam assignant. Videatur Servius. Ego veriorer eam existimo, quod hoc vel symbolo significabatur, euntem in prælium, sperare se incolumem & victorem reveraturum.

Pete Locum de Mensibus, nempe qua illo mense acciderint magis notanda.

JANUARI CALENDÆ.

PRÆ Calendis aliis, centè Januarii Calendæ celebriores habentur. Illis enim Deuteronomium Moyse populo promulgatur: Undecimo enim mense, prima die mensis, ait Script. Deut. cap. 1. cum autem primus mensis Hebræorum fuerit Nisan, undecimus erat Januarius. Itaque Calendis Januarii populo lex vetus fuit annuntiata.

Hujus autem rei figuram implevit Salvator noster, hoc eodem die novam legem sanguine suo in circumfisione sanciendo, & vite Christianæ velut exordium exhibendo.

Ab hoc die Romani annum auspiciati fuerent, quod exordium etiam Ecclesia observat, & perinde ac olim apud Hebræos, apud quos Martius anno dabat auspiciam, primus anni dies sanguine dedicatur, cujus figura erat Paschalis agni immolatio. Sunt qui Numæ Pompilio adscribant hoc anni exordium: Julio Cæsari verò alii. De quo vide nonnulla in Loco de Anno. Item alias harum Calendarum prerogativas, pete ex supra allegato loco de Mensibus.

* Janizari.

QUI, QUOD EORUM MUNUS.

Janizari sunt Christianorum filii, in re militari exercitatis simi, pedes plerumque, præfidarii Imperatoris Turcici, in quibus firmissimum ipsius præsidium consistit, suntque ordinati num. 12000. juxta Lonicerum lib. 1. de reb. Turc. Christianorum enim liberos, quos vel ratione annui tributi, vel bello accipit, curat Imperator instrui bellici artibus: eorumque fidei se committit, cum fin robustissimi milites, & in pugna velut triarii in finem reserventur. Præter illa 12000. sunt insuper 10000. qui ætate minores sunt iis, qui Imperatorem comitantur, hinc inde per arces & oppida hosti opposita distributi. Insuper 10000. juvenum, qui ad militiam formantur assidue, suppleunt, si qui ex classibus superioribus deficiunt. Sunt præterea 6000. qui præcipuas arces timentur. Atque hi omnes nulli subiant, sed immediatum suum dominum Imperatorem agnoscunt: & unicuique stipendia pro sua fortitudine & ministerio decernuntur.

* INSTITUTIO. ORDO. HABITUS.

Ordinem Janizarorum primus Amurathes instituit, & ita semper ab aliis Imp. continuatus, quod in iis robur exercitus sui collocent. Semper deni in uno conturbenio conjunguntur, qui sibi eligunt decurionem, & singulis munus suum assignat. Dux omnium, qui maximæ est auctoritatis, Aga appellatur. Eliguntur autem ex Janizaris satellites Imperatoris, qui cæteris & proceritate corporis, & rerum bellicarum peritia excellunt, laterique Imp. proximi incedunt, nervo semper impostam gerentes sagittam. Alioquin cæteri flopeto armanur in locum arcuum, & halstarum: nisi quod acinacem, vel exiguum securum habeant. Pro galea est ipsis peculiare capitis tegumentum, quod Exarcolam dicunt: colore album, ex coacta lana crassiore aded densatum, ut sit acinace impenetrabile: à tergo demissilior cauda cervicis munit: à fronte verò aureus vel argenteus conus cristas sustinet: & hæc brevier de Janizaris. Vide nonnulla in Loco de Turcis.

* Iberi.

QUI, UNDE DICTI.

Iberi duplices sunt: Asiani quidem juxta Pontum Euxinum habitantes: alii Europæi, qui Hispaniam incolunt: neque constat, an hi ex illis, an verò è converso ex his illi originem suam deducant.

Orti autem sunt Iberi, ut testatur Mariana, Delirio, & passim alii, à Tubal filio Japhet, dictique Iberi, quasi Ibelli, vel Iberi. Ita Cornel. à Lapide in Comment. in Pentateuchum in c. 10. Gen. Iustinus tradit, Hispaniam primum Iberiam appellatam ab Ibero anne, alii à rege illius nominis. Sunt qui Cælum & Iberum filios Herculis dicunt ex uxore barbara.

A Icon. Icones. Aprius hic Locus traditur, ubi de Imaginibus differemus. Dicitur eidem ab eiko, quod significat id, quod ad imitandum & simile reddendum, factum est, ut sit quoque Imago, quasi Imitatio.

Iconomachi. Iconoclastæ. Quere infra Titul. de Imagine, Imaginum violatores, extirpatores, &c.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Idea dicitur ἰδέω, quod est species & forma: Et est quod forma exemplaris, qua res sunt & cognoscuntur, quæ est in mente artificis, secunda. B. Thom. i. parte, q. 15. Hinc idolum cum accentu in penultima, cuius diminutivum est idolum, similiter cum accentu in penultima, & idololatria, de quibus infra, idololothia, hoc est, immolatio, quæ fit simulacris: ἰδω, verò dicitur proprius, à quo idioties five idiotia, dicitur indotus & inutilis: quasi tantummodo sibi & nulli alii utilis. Lucius: Quidam & tu idem illiteratum me atque idiotam dices.

Quod ad naturam, definitionemque Idea spectat, variae fuerunt de eadem sententia. Et legere est apud Euseb. Cæsariensis. lib. con. Philos. cap. 44. Alcinoium lib. de Diis. Platonis c. 9. & Plutarchum lib. de placitis, c. 3. Quibus omissis, ea definitio circumfertur, quam ex D. Augustino lib. 1. de Civit. c. 25, tradit S. Thomas q. art. 1. lib. de veritate, estque talis.

Idea est forma, quam aliquis imitatur, & ex intentione agentis, determinantis sibi finem. Unde Idea non sunt quæ fortitudo representantur, ut neque formæ agentium naturalium: cum hic alterius propriæ exemplar non dicatur. Quin S. Thomas supra monet, nec ipsam divinam essentiam, qua essentia est, sed quæ intellecta, Idea habere rationem.

Est enim Idea propriè conceptus, idque non formalis, sed obiectivus. Non enim v. g. artifex in operando intuetur suum conceptum formalem, neque beati in cælo, iuxta quodammodo intuetur divinam naturam, formant verbum; sufficit enim ad eorum operationem, ut rem obiectam expriment: atque hæc videtur communior sententia. Plato & Alcinoius, quorum ille inter Philosophos maximè celebravit Ideas; ita de Ideis sentierunt, & Plato quidem ait:

Idea boni est id, quod veritatem exhibet his quæ cognoscuntur, & ei qui cognoscit, vitam tribuit, & causa est scientiæ & veritatis, ut quæ per intelligentiam cognoscitur. Plat. de Rep. dial. 6.

Ideas nec habemus, nec apud nos sunt, nec ipsarum cognitionem habemus. Plat. in Parme.

Ideas omnes, tanquam species quedam intellectuales sunt atque divina, nec malorum causa sunt. Plat. de Repub. dial. 6.

Alcinoius verò: Ideas sunt universalium & perfectarum substantiarum, & eorum quæ conferunt ad naturalem harum substantiarum dispositionem, ut hominis, & ejus quod hominem perficere potest, ut sapientiæ, & virtutis. In c. in Alc. dial. 2.

Ideam non esse artificiosorum, nec eorum quæ præter naturam sunt, nec particularium, nec eorum quæ sunt imperfecta, & fordium, & festuca, nec relativorum, pluribus ex his qui Platonem secuti sunt, non placuit; sed esse voluerunt intellectuales Dei æternas, ac seipsas perfectas. Alc. c. 9.

Idiotæ. QUI DICENDI.

Idiota, vox est Græca, ab ἰδω, id est, proprius. Unde Idiota ut placet Bedæ, is est, qui proprio tantum naturalique idioma, seu lingua & scientia contentus, nescit studia literarum. Sic dicitur in Actis Apost. c. 4. Principes & Seniores Judæorum existimasse Petrum & Joannem esse Idiotas, & sine literis. Et Cicero. abt. 4. in Verrem, & alibi, opponit Idiotam ingenioso & intelligenti.

Apud Latinos crebrior est significatio Idiotæ, quam pro privato, quique nullo munere fungitur. Quomodo Nonius & Symmachus Idiotas voluit esse illos, qui res suas curant, sibi non aliis utiles, nihil patriæ impertientes.

Quidam vir piissimus, ante plura sæcula, contemplationes in lucem emisit, qui nomen Idiotæ assumpsit, ut proprium modestiæ causâ suppresserit.

S. CHRYSOSTOMUS dicit, posse reperiri illiteratum, & tamen qui non sit Idiota, & è converso: ex quo colligas, Idiotam referri ad sermonem, illiteratum ad scientiam. Synonyma tamen facit Idem in c. 4. Altorum, ἀβία ἢ ἀβίακτορ.

* Idolum. Idololatria.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Idolum, vox est Græca, εἰδωλον ab εἶδος, quod est forma, & dicitur omne id quod quavis ratione, abique etiam studio rem veram representandi, efformatur. Unde errat Henricus Stephanus, & cum eo novatores hæretici, qui imaginem quamvis, quam cultu & honore dignam, Idolum appellant: Idolum enim est imago rei falsæ, idcirco dicit Paulus 1. Cor. 8. Idolum nihil est, id est, non est id quod representatur, aut existimatur esse. Alludit ad Hebræum ellu: hæc voce Idolum illi significat, quasi dicant esse rem vanam, inane, umbratilem: & Eustathius in 11. Odyss. dicit, Idolum accipi solere pro umbra, spectro, omnique re quæ, quamvis appareat, nihil tamen sit.

Si veteribus Græcis Idolum erat imago inanis & mendax, qualia sunt vana phantasmata, spectra, umbre mortuorum, de quibus Virgil. Tennes sine corpore vite, & Cæna sub imagine forma.

Theodorus Studita, doctissimus Græcorum, Leonem Armenum Imp. Iconomachum, libera hæc voce in consilio Sacerdotum caltigabat: Quisnam est qui te docuit, imaginis atque Idoli unam esse vocem? Hoc enim nec ullus Patrum sentit, neque res ipse ferunt, ut dicitur. Idolum enim est & appellatur, quod demones, aut alterius, quem Gentiles turpiter pro Diis coluerunt, specimen representat, &c. Sic enim haurierunt peritis vitium fuit hæc nomina distinguere, qui Idolum falsam imitationem dixerunt, Imaginem verò, expressam similitudinem. Michael in gelsi. Theodori Studite, & refert Joan. Lorin. vir hujus sæculi eruditiss. in doct. suo Comm. in Act. Apost. c. 17. vers. 16. & quamvis apud Autores profanos nunquam aequè latè patere videantur hæc voces, Idolum & Icon, sive Imago; tamen S. Scripturæ, & Ecclesiastico usu, Idolum semper in malam partem accipitur. Ideoque VII. Synodus Aët. 5. & 7. edidit hunc ea de re anathematium, contra Conciliabulum Constantinopolit. Constantini Copronimi opera coactum in Blachernis: Qui venerandas imagines Idola appellant, anathema sint. Vide Terrull. lib. de Idolis c. 3. & 4. August. quæst. ex vers.

Idololatria igitur est superstitio, qua divinus exhibetur cultus ei, cui non debet exhiberi, ab εἰδωλον & λατρία: Nam λατρία Colo dicitur. Unde constat, non necessariò ad idololatriam requiri imaginem aut simulacrū, cum extra ea exercita fuerit. Testatur Terrull. supra c. 3. Idolum retro non erat, priusquam hujus monstri artifices ebullissent: sola templa & vanæ ædes erant, tamen Idololatria agebatur, non in isto nomine, sed in isto opere. Plat. in vita Nomiæ fuitque, centum & lxx. annis ab U. C. templa abique idolis fuisse posseque abiq; imagine committi Idololatriam, docet S. Thomas 2. 2. q. 94. art. 1. ad 4.

ANTIQUITAS ET ORIGO.

Idolorum originem Terrull. supra rejicit in artifices statuarum & imaginum, quas mundo intulisse demonem scribit.

Idololatria autem penè cum mundo exorta est, fuitque in filiis Adæ, eorumque familiis, ut placet Torniello, & aliis: ut quibus Enos opposuit publicum Dei cultum, & velut visibilem Ecclesiæ formam instituit. Sunt tamen qui cum D. Thoma existimant, ob recentem memoriam creationis, ante diluvium non fuisse Idololatriam; & confirmant ex illo Sup. c. 4. ubi dicitur Idola non fuisse ab initio, neque fore in perpetuum. Sunt qui sentiant, ante diluvium quidem fuisse Idololatriam in malis Angelis, qui Luciferum suum tanquam similem Alissimo per Idololatriam coluerunt: non tamen in hominibus. Ita Joan. Malders in erudito suo opere de Iudicia & Religione, tract. 10. cap. 7. dub. 3. neque enim primi parentis dici possunt idololatria, quamvis Evam tentavit a serpente plarium Deorum nomine injecto contere. Videtur Eppiph. lib. 4. com. hereses circa initium. Alii tamen hic alter sentiunt.

Matrem & fontem Idololatriæ indicat Scriptura supra inanis gloriæ studium, quo homines colerent, & coli voluerunt defunctos: legantur id explicat Lact. Firmianus, cujus verba subjungitur.

Cum confiteri Saturnum, Jovem, ceteroque deos, homines fuisse, non est & bicinium, qua ratione Dii creperint nominari. Si enim nulli reges ante Saturnum, vel Uranum iuverunt propter hominum raritatem, qui agredi in vita sine ullo rectoris vivebant non est dubium, dum illis, ten poribus homines regem ipsam totamque gentem fumis laudibus, ac novis honoribus jactare creperint, ut etiam Deos appellarent, sive ob miraculum

A virtutis (hoc jure putabant ridere adhuc & simplices) five (ut fieri solet) in adulationem præsentis potentia ob beneficia, quibus erant ad humanitatem compositi. Deinde ipsi Reges, cum chari fuissent his, quorum vitam composuerant, magnum sui desiderium mortui reliquerunt. Itaque homines eorum simulacra fixerunt, ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione solatium; progressive longius per amorem meriti, defunctorum memoriam colere creperunt, ut & gratiam referre benemeritis viderentur, & successores eorum allicerent ad bene imperandi cupiditatem: quod Cicero de natura Deorum docet, dicens: Sulpicium autem vita hominum consuetudineque communis, ut beneficiis excellentes viros in cælum fama ac voluntate tollerent. Hinc Hercules, hinc Castor, hinc Pollux, hinc Æsculapius, hinc Liber. Et alio loco, atque alio in plerique civitatibus intelligi potest, ac uendæ virtutis gratia, aut quò libentius Reip. causa periculum adiret optimus quisque virorum sortium memoriam honore Deorum immortalium consecratam. Accesserunt etiam poetas, & compositi ad voluptatem carminibus in cælum eos sustulerunt, sicut faciunt apud Reges etiam malos, panegyricis mendacibus adulantur. B. Quod malum à Græcis ortum est, quorum levitas instructa dicendi facultate & copia, incredibile est, quantas mendaciorum nebulas excita verit. Itaque admirati eos, & succiperunt primi facta eorum, & universis gentibus tradiderunt. Ob hæc vanitatem Sibylla sic eos increpat:

Εἰδὼς τὸ δὲ πῶτος εἶπ' ἀβδρᾶν ἠγυμναστὴν, Πρὸς τῆδε δῶρα μάταια καταρτίδου: ἀνατίδης, Θυεὺς, εἰδωλοῖς τῆς τοῦ πᾶντων βάλων σὺ τῶ, Σὲ τὸ σὲ δ' ἰταῖν μεγαλοῖο δῶτο προσώπου Δεσποτῆος. Græcia quid confidis in viros principes? Ad quid dona inania mortuis ponis? Immolatis idolis, qui tibi in mentem dolorem Imposuit, ut hæc perficias magni Dei ore Relicto?

VANITAS, ET ENORMITAS.

Hanc supra scriptus Lactantius Firmianus his verbis complectitur: At isti qui Deos afferunt, videntur, quomodo respondent huic argumento, quod inferemus: Si duo sunt sexus Deorum, sequitur concubitus: si coeunt, & domos habeant necesse est. Nec enim carient virtute ac pudore, ut hoc promiscuè, aut in propalato faciant, sicut bruta videmus facere animalia. Si domos habeant, consequens est, ut & urbes habeant, & quidem auctore Nafone, qui ait:

Plæbis habitat diversæ, locis a fronte potentes, Calicole clarique suas posuere penates.

Si habent urbes, & agros igitur habeant. Jam quis non videat, quæ sequantur atare illos & colere, quod quidem videtur causa fit: ergo mortales sunt: quod argumentum retro verum idem valet. Si enim agros non habent, ne urbes quidem: si urbes non habent, ne domos quidem. Si domibus carent, ergo & concubitus: si concubitus ab his abest, & sexus igitur feminæ: In Diis autem videmus & feminas esse: ergo Dii non sunt. Dissolvit hoc argumentum, si quis potest: Ita enim res rem sequitur, ut hæc ultima necesse sit consistere. Sed ne quidem illud dissolvit aliquis: Ex duobus sexibus alter fortior est, alter est infirmior; robustiores enim mares sunt, feminæ imbecilliores sexus. Hinc additur superioris argumenti extrema illa conclusio, ut Dii non sint, quoniam in Diis & feminæ sunt. Idem lib. 1. c. 16. Divinarum Infirmit.

Merito igitur cum hæc à viris non imperitis ac rudibus fiant, Lucretius exclamavit:

O stultas hominum mentes! o peccator caeca! Qualibus in tenebris vira, quantumque periculis Degitur hoc ævi, quæcumque est!

Quis ludibria non derideat, qui habet aliquid sanitatis, cum videat homines velut imbecios, ea serio facere, quæ si quis faciat in iulo, nimis lascivus, & ineptus esse videatur? Id. l. 1. c. 2.

Harum vanitatum apud Romanos auctor & constitutor Sabinus ille Rex fuit, qui maxime animos hominum rides atque imperitos novis superstitionibus implicavit: quod ut faceret aliqua cum auctoritate, simulavit cum Dea Egertia nocturnos esse habere congressus. Idem lib. 1. c. 22.

Hæc miseri! qui vana colunt: qui cor de sinistro Religiosa sibi sculptunt simulacra, summaque Fæderem fingunt, & quæ fecere verentur. Quis furor est, quæ tantæ animæ dementia ludi? Vt voluerunt turpemaque bovem torquumque draconem, L. B. T. beat. vitæ Humanæ. Tom. IV.

Semihominemque canem supplex homo pronus adoret? Affirmant verum esse patrem, quia vitæ videtur Clara serenatis infundere lumina terris, Et totum lustrare polum, cum constet ab istis Montibus infabilem rapidis de curvis ignem Officium non esse Dei. Sedulius.

Est autem idololatria gravissimum peccatum, inter ea quæ contra Religionem admittuntur. Imò omnium omnino gravissimum S. Thom. cenlet supra art. 3. Malitia illius consistit in hoc, quòd honor soli Deo debitus, detur alicui creaturæ: quod est pecculare quoddam crimen læsæ majestatis divinæ. Legatur Joan. Malders loco allegato, & ibid. Leon. Lessius.

IDOLOLATRARUM.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Videns populus, quòd moram faceret descendendi de monte Moyse, congregatus omnis populus adversus Aaron, dixit: Fac nobis Deos, qui nos præcedant. Qui fecit vitulum F constabilem. Exod. 32.

Fornicatus est populus filiorum Israel cum filiabus Moab quæ vocaberunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt, & adoraverunt Deos earum. Num. 25.

Mortuo Josue filio Nun, Filii Israel fecerunt malum in conspectu Domini, & servierunt Baalim & Astaroth, ac dimiserunt Dominum Deum Patrum suorum. Judic. 2.

Fornicatus est Israel in Ephoth, quod fecerat Gedeon. Et factum est Gedeoni & omni domui ejus in ruinam. Judic. 8.

Cum jam esset senex Salomon, depravatum est cor ejus per mulieres, ut sequeretur Deus alienos: nec erat perfectum cor ejus. 3. Reg. 11.

Cogitato consilio Jeroboam fecit duos vitulos aureos, & dixit: Ecce Dii tui Israel, qui eduxerunt te de terra Egypti. 3. Reg. 12.

Ædificaverunt Viri Juda aras, statuas, & lucos, super omnem collem excelsum, & subtus omnem arborem frondosam. 3. Reg. 14.

Non succit Achab Regi Israel, ut ambularet in peccatis Jeroboam; sed insuper servivit Baal, & adoravit eum. 3. Reg. 16. G

ACHAZ rex Juda, ambulavit in via Regum Juda & Israel. Insuper & filium suum consecravit, transferens per ignem. 4. Reg. 14.

Filii Israel translati de Samaria in Assyrios, fecerunt sibi statuas & lucos, ac postea fecerunt duos vitulos, & adoraverunt universam militiam cæli: unde iratus Dominus, abtulit eos à conspectu suo, & non remansit nisi tribus Juda. 4. Reg. 17.

Translati filii Israel in Assyrios, collocatae sunt diversæ gentes in civitatibus Samariæ, & unaquæque fecit Deum suum: & cum Dominum colerent, Diis quoque suis serviebant, juxta consuetudinem gentium. 4. Reg. 17.

Consulus & vituperatus Sennacherib rex Assyriorum, reverius est in Niniven ab impugnatione Ezechie Regis Juda. Cumque oraret in templo Nefach Deum suum, Adramelech & Sarafar filii ejus petcasserunt eum gladio, & fugerunt. 4. Reg. 19.

MANASSES Rex Juda crexit aras Baal, & adoravit omnem militiam cæli, & coluit eam. 4. Reg. 21.

HOLOFERNES indignatus contra Achior, qui commendaverat potentiam Dei Hebræorum, dixit, quòd ostenderet ei, quòd non esset Deus nisi Nabuchodonosor. Judith. 6.

NABUCHODONOSOR fecit statuas aureas, & præcepit, ut omnis populus, tribus & lingue cadentes adorarent eam. Da. 3.

DARIUS Rex Persarum proposuit edictum, quòd nullus intra triginta dies peteret aliquid à quocunque Deo vel homine, nisi ab ipso Dario Rege. Dan. 6.

Erat idolum in Babylone, quod Rex quotidie adorabat: quod cum Daniel subvertisset, Babylonii draconem adoraverunt. Dan. 14.

ANTIOCHUS iussit adorari idola, ædificari aras & templa, & immolari carnes suillas, & relinquere filios suos incircumcisos. 1. Mac. 1.

Cum Paulus maneret Athenis, incedebat spiritus ejus in ipso, cum videret simulacrorum cultui deditam civitatem. Act. 17.

* IDOLORUM quorum meminimus sacra BIBLIA, Catalogus, in gratiam Lectoris adjectus superioribus exemplis, ut constet, quantæ veteris populi vanitas, & superstitio in hac vanitate fuerit.

A **L. Adonis, II. Adramelech**, idolum Sepharulam, speciem habens Pavonis aut Muli, 2. Reg. 17. 31. III. **Asod**, idolum Philistinorum, quod alias Dagon dicitur, 1. Mac. 10. 83. IV. **Anamlelech**, Equus aut Phasianus, idolum, Incolarum Sepharvaim, 2. Reg. 17. 31. V. **Aoxa**, idolum quod coluit Rex Ela domi suae, 1. Reg. 16. 9. VI. **Asma**, Hircus Silvestris, idolum Hemathorum, 2. Reg. 17. 30. VII. **Asharot**, idolum seu dea Sidoniorum, effigie m habens ovium, 1. Sam. 31. 10. 1. Reg. 11. 5. VIII. **Baal**, idolum commune, *Idol. 6. 35. 1. Reg. 16. 31. 32. & 18. 21. & c.* IX. **Baalpeor**, idolum Sichimitarum, *Idol. 4. X. Baalpeor vel Baalpegor*, idolum Mohabitaram, in quo praevaricati sunt Itaelitae, *n. 23. 5. Hieron. ait Prapum fuisse. XI. Baalzebub*, idolum Accronitarum, vel Eronitarum, 2. Reg. 1. 2. XII. **Baalzepon**, idolum Aegyptiorum: cui hanc vim attribuerant, quod servos fugitivos observaret, & retineret, *Exod. 14. v. 29. 33. XIII. Bacchus*, seu Liber, idolum, 1. Mac. 6. 7. XIV. **Bel**, idolum Babyloniarum, quod comminatum est a Daniel, *Daniel 14. 2. XV. Chamos vel Chemosch*, idolum Amorrhæorum, Ammonitarum, alias Baalpeor dictum, *Num. 21. & 29. Jud. 11. 24. 1. Reg. 11. v. 5. 7. 33. 2. Reg. 23. 13. Jerem. 46. v. 7. 13.* B **XVI. Canopus**, idolum Aegyptiorum, *Vide historiam Ecclesiasticam, lib. 11. c. 26. XVII. Cibum*, idolum Israclitarum, quod alii Sydus, alii Saturnum interpretantur, *an. 55. 26. XVIII. Dagon*, idolum Philistinorum, pifcis formam inferne, superne autem formosa mulieris referens, *Jud. 16. 23. 10. Samuelis 5. 3. XIX. Diana*, templi & cultus mentio fit, 2. Machab. 1. v. 13. 15. & vocatur ibidem *Nanea, XX. Draco*, idolum Babyloniorm, *Danielis 13. v. 23. 25. XXI. Ebbod*, Gedeonis, fuit idololatria a Gedeone instituta, contra Dei verbum, in patria sua Ophra, bona quidem intentione, sed quae toti populo Isracl offendentium praeiudicium, *Idol. 8. v. 27. XXII. Esch*, idolum in templo ignis, quod a Perfis colebatur, *Vide Tripartitam historiam lib. 10. c. 30. XXIII. Fortuna*, *Vide Gad. XXIV. Gad*, idolum militare, quod alii Martem, alii Jovem, alii Fortunam, alii exercitum caeli aut numeros interpretantur, *Est. 1. 65. 11. XXV. Hercules* sacrificatum est a Tyriss, 2. Mac. 4. 19. XXVI. *Jupiter Olympius*, 6. 2. *Vide Gad. XXVII. Iupiter Xenius*, Deus gentium, 2. Mac. 6. 2. XXVIII. *Melchom*, *Amos 5. 26. qui & Moloch, Levit. 18. v. 21. & 20. v. 2. 3. 2. Reg. 23. v. 10. & Melchom*, 1. Reg. 11. v. 5. 33. 2. Reg. 23. v. 13. idolum C **Ammonitarum**, XXIX. *Memi*, idolum fuit Mercatorum, quod alii Mercurium, alii Fatum, alii Planetas aut numerum stellarum interpretantur, *Est. 6. 5. vers. 11. XXX. Michab*, idolum in domo Michab, in monte Ephraim, in quod etiam multi ex Isracl impegnerunt, *Judic. 17. vers. 5. XXXI. Miplezerth* (quod alii in genere idolum, alii tericulamentum, alii Priapum, alii horrendam statum interpretantur) erat idolum Maacha matris, *Asa. 1. Reg. 15. vers. 13. XXXII. Nabaam*, idem quod Nibchaz, idolum Hevaeorum, 2. Reg. 17. XXXIII. *Navae*, Templi & cultus mentio fit, 2. Mach. 1. v. 13. 15. quae putatur esse Diana, XXXIV. *Mabo*, idolum Babylonicum, *Jerem. 6. v. 1. & 12. XXXV. Nechufan* (id est Anulum in diminutiva forma, a Nechufsa aerea materia) idolum serpentis aerei, comminutum ab Ezecchia, 2. Regum 19. vers. 4. XXXVI. *Nergal*, gallina sylvestris, idolum Cuthæorum, 2. Reg. 17. v. 39. XXXVII. *Orifmadda*, idem quod infra *Prechafdam*, id est, ignis facer. *Vide Pluarchum in vita Alexandri. XXXVIII. Reimmon*, idolum Sytiacum, 2. Reg. 5. vers. 18. XXXIX. *Remphan*, idolum sideris cupidam, cuius Stephanus mentionem facit, *Act. 7. v. 47. XL. Suebot*, *Benath*, idolum Babylonicum, 2. Reg. 17. v. 30. XLI. *Siechub*, idolum Israclitarum, *Amos 5. vers. 26. XLII. D Thariat*, idolum Hevaeorum, 2. Reg. 17. v. 31. XLIII. *Tbam-mur*, idolum populi Israclitici, quod alii Adonidem, alii Bacchum interpretantur, *Ezech. 8. vers. 14. XLIV. Tberaphim*, idola quae colebant scilicet in templis repona dare, *Genes. 31. vers. 34. Ezech. 22. vers. 21. Osee 3. v. 4. XLV. Vitulus aureus*, in deserto, idolum Israclitarum, *Exod. 32. 4. XLVI. Vitulus aureus* in Dan, idolum Israclitarum, a Jeroboamo institutum, 1. Reg. 12. v. 28. 29. XLVII. *Vitulus aureus* in Bethel, idolum Israclitarum a Jeroboamo institutum, 1. Reg. 12. v. 29. XLVIII. *Prechafdam*, ignis demonum, seu ignis facer, quem Chaldaei colebant, Passim apud Historicos.

EXEMPLA HISTORICA.

Philosophorum veterum plerique, etiam qui inter illos sapientissimi, cum cognovissent ex ipsis creaturis Deum esse qui eas creaverat, & ex aliis naturae principiis id colligerent; tamen evanuerunt in suis discursibus & cogitationibus quas de Deo faciebant, ut insinuat Paulus ad Rom. c. 1. & converterentur

se ad Idola, quae non erant Deus. Ita Chry. & Orig. E Quin penè omnes idè insanie dederunt, ut ipsa idola lignea & aurea Deos putarent. Quomodo Liban flens ob ablata idola, dicebat Jacob: Deos meos abstulisti, &c. Gen. c. 21. Quidam tamen Philosophi non deos esse, sed in ipsis deos representari arbitrabantur. Omnes interim penè idolum existimabant esse corpus aut simulacrum Dei, Deumque idolum similem. Et putabant inesse idolo aliquid numinis, sic ut ad Deos se ire putarent, quando ad idolum accederent, eod quod ipsa & loqui & oracula dare viderent, ut ait Cicero lib. 1. de Natura Deorum. Excipie tamen paucos sapientiores, qui metu legum, ut & populum metu Deorum in officio continent, idola colebant teste iterum Cic. lib. 1. de Nat. Deor. S. Cyprianus, & passim Scripturae, ridet Gentiles, quod ligna & lapides pro diis colerent; quod etiamnum faciunt Indi, & Japonis. Xenophon & Plato docent, sapientissimum Græcorum Socratem Diis Græcorum sacrificasse, & quidem inter alia, Galulum Aesculapio obtulisse. PLATO idè divinus, in Epinomide, divinum cultum tribuit astris, caelo & demonibus. MERCURIUS Trimegistus demonum simulacra colenda docuit, ut beneficiant, inquit August. lib. 8. de Civit. c. 23. PLATO idem, colendos Deos, quod lex Gentium jubet, censuit. Ita Euseb. 13. de preparat. Evang. c. 8. & 11. SENECA quoque laudat eorumdem sacrificia, quia legibus iusta; ut testatur Augustin. lib. 7. de Civit. c. 10. Docuit id insuper Cicero lib. 1. de nat. Deor. colenda nempe esse simulacra ob metum legum politicarum. Legat Lector curiosus S. Augustin. lib. 2. de Civit. c. 12. lib. 4. c. 10. & seq. lib. 18. c. 15. fuscè differenter de iis, quae veteres pro Diis coluerunt, & exclamabit: Quotum est in rebus inane! Videantur etiam historie recentiores Indiarum Orientalis, in quibus multa admiranda circa hanc vanitatem.

IDOLOLATRIÆ GENTILIUM GRADUS

QUINTUPLEX.

Idololatriæ Gentilium, ac Judæorum, qui olim eos imitari G notatur gradus quintuplex. I. Adoratio simulacrorum ipsorum materialium, vel demoniorum itæ affictorum. II. Adoratio creaturarum in se, puta caeli, terræ, herbarum, bestiarum, &c. III. Adoratio hominum mortuorum. IV. Adoratio substantiarum immaterialium, etiam in se, & demoniorum, majorumque Angelorum. V. Adoratio mundi tanquam animati. Generali tamen nomine Scriptura appellat omnes Gentium Deos, demonia. Psal. 95.

IDOLOLATRIÆ VETITA, PUNITA.

Pete ex Loco de Religione in fine quest. 4. Adducantur nonnulla huc ex loco de Diis. Tit. Deus. * IDOLOTHYTA. QUA, EORUMQUE USUS.

Idolothytae erant olim, quæ quæcumque immolabantur idolis, nempe carnes, panis, vinum, ova, dicta sunt *Idolothytae*, ab immolando idolis. Comedere hæc licebat, neque per se peccatum erat, ut docet S. Thom. 1. p. 1. q. 102. art. 4. ad 3. nisi heret ex infidelitate, ad cultum exhibendum idolo, aut ex infirmitate fidei Catholicae, ut fiebat tempore Apostoli: qui idcirco vetat ea comedere, 1. Cor. 10. c. 8. Denique ob scandalum non licebat eadem manducare: eraticque præceptum Apostolicum, de quo Act. c. 15. Nam in Concilio Hierololymitano erat definitum, abstinere a contaminationibus simulacrorum, & Patres de eare satis rigidè loquuntur. Nam Augustinus, melius esse fuisse interire asserit, quam cibum idolo positum, etiam ubi nullus adest hominum, fumere. Epist. 154. Leo Magnus poenitentiam purgationem ab eo requirit, qui line terrore, five fame, immolantia comediderit. Epist. 79. c. 5. Est etiam Canon Concilii Hlibertiani XL similem prohibitionem continens. Sed his omnes opponunt, religionem hujusmodi sumptione violari: alioquin non tam arctè obligare epifmodi præceptum. Hoc modo Julianus Apostata, ut Catholicos Constantinopolitanos ad quandam speciem idololatriæ compelleret, omnes idolothytas vetici coegit, Rem gestam ita narrat Nestor. Episc. Constantinop. in oratione quam habuit in exordio jejuni Quadragesimalis: Cuncta, inquit, cibaria, quae venum publicè in foris exponi solerent, sacrificiis Diis immolatis infecti ac pollutii, ut sic omnes illi cogereutur vetici cibis immolatis, nisi

A nisi fame confici vellent: cum oraculo Theodori martyris, quoniam modo confilendum esset fidelibus fame periclitantibus, fuit divinitus demonstratum: nempe, ut tunc loco panis cocto frumento aliter uterentur in cibum; quod ditiores pauperioribus liberaliter largiti sunt, per totam hebdomadam; quando Julianus desperans, se quod volebat, perficere posse, victus Christianorum continentia & constantia, rursus pueros cibos abique ullo labe in foris apposuit. Antiocheni Cives, cum simili modo Julianus infecerit eorum cibos, immiscendo idolis immolata, liberè & absque scrupulo eos manducaverunt, ut narrat Theodor. lib. 1. bist. cap. 14. Hinc S. Aug. epist. 154. docet, postè Christianum vetici oleribus enatis in horto idola, & edere aut bibere ea quæ contigerunt idolothyta.

R I T U S.

Petræo sacrificio, transferebantur ex altari cibi idolo oblari ad mensam hominum, iuxta altare positam, ut ex iis vescerentur, qui eos immolaverant, cum amicis & propinquis. Solebant hoc epulo festa sua claudere, quomodo Eneam, & Evandrum fecisse, Virgilius meminit lib. 8. Aeneid. Tum læti juvenes certatim, areæ sacrosas Visera tassa ferunt lavorum, operantque canistris Dona laborata Cerevis, &c. Vescunt Aeneas, simul & Trojana juvenes Perpetui tergo bovum, & Iulralibus actis.

Insuper qui offerbant, partes secum domum deferabant, quas *mesidas* appellabant, ut domesticis & absentibus eas distribuerent, qui hac ratione fiebant participes sacrificii, ut ex Herodoto & aliis, docet Gyrard. de Diis Gentium, in fine operis. * IDOLA, EORUMQUE TEMPLA, EVERTERE, CONSPUERE, CONTEMNERE.

S. August. Martyrum catalogo adscribit eum, qui idola arafque Gentilium evertere, occidit, dummodo eo loco id faciat, ubi potestatem id faciendi accepit, ser. 6. de verb. Dom. Exod. cap. 23. & Num. cap. 33. ut & Deuter. cap. 7. & 12. præcipitur a Deo: Cum data vobis fuerit terra in potestatem, aras eorum destruite. EUPSYCHUS, quem colit Ecclesia cum titulo martyris die 9. Aprilis, ob evertum Fortunæ fanum trucidatus fuit, jubente apostata Juliano.

C Theod. lib. 3. bist. c. 38. cum narrasset, Audam in Persia Episcopum, zelo, ut ipse loquitur, non opportuno, Pyreum (hoc est templum, ubi *sup*, id est, ignis colebatur) demolitum esse, & eum, ut imperabat Isdigerdes Rex, rescire id reculasset, ac propterea omnes a Rege diræ Ecclesie fuissent, & Episcopus trucidatus, subdit: Sibi propterea factum Audæ non probari, quod S. Apostolus Athenas adventans, & civitatem superfluitio simulacrorum cultu cæcætam videns, aram quandam ab illis honoratam minime diruit; sed verbis eorum ignorantem redarguit, & veritatem illis patefecit.

Tamen laude dignum credo Audam, & corona, quod interfecti malterit, quam derubatum simulacri templum iterum extruxit. Similem in simili facto causam docet Ambrosius ad martyri coronam sufficere. Sic postquam accipere, quæ Theodoretus idem prodit de Cyrillo Diacono; de Marcho Arethufio, Nazianzenus & Sozomenus, & Nicephorus de Valentina Cæsariense virgine, Eusebius de Justa & Rufina fororis Hispanensibus, Ildorus Prudentis de Enlata: de Anglis ad fidem conversis, Beda: & hoc laudat Concilium Toletan. XII. atque D XVI. & Concilium Nicænum II. & Nannetenfè.

THEODOTUS Episc. ALEXANDRIUS, jubente Imp. Theodosio, omnes Gentilium Deos, delubra, & sacra, contumelia affecit, cruenta Myrrhæ mysteria quam essent ridicula offendit, simulacra Deorum in Lebetes, & alia ad vitam usum accommodata redegit. Nam Imperator imagines, & idola ad pauperum sustentationem donaverat. Cæterum Theophilus unam aliquam statuum idoli integram servavit, eamque loco publico erigi mandavit, ut hac ratione Gentiles tempore progrediente non irent inficias, se quomodo Deos coluisse. Socrat. lib. 5. bist. c. 17. Videatur Socr. lib. 7. c. 15. Franc. Mendoz. a lib. 13. pro Concilio Elebertino c. 45. & seq. Ioseph. Stephan. in cap. 2. l. 1. Machab.

Et quidem compulsus iis litare S. Julianus Martyr, abdicato veri Dei cultu; hac voce Præsidem compellabat: Diis vestri lapidei sunt, aut erce. Si aerei, meliores eis sunt cucumæ, quæ ad hominum usum è metallo constanter. Sin lapidei, respondendi sunt: quia ex ipsis sternuntur plateæ ad evadendum lutum. Sur. tom. 1. in vita.

Nec minus prudenter & animosè ponsa Christi Cæcilia; quæ iusta ab Almachio Præfecto idolorum acerrè thus impo-

here; Nescio, ajebat, ubinam tuos oculos amiseris: nam quos E tu deos dicis, ego & omnes qui sanis oculis sumus, videmus esse lapides, aes, & plumbum. Eleganter Sordulius supra: Hæu miseri! qui vana colunt, qui corde sinistro Religiofa sibi sculptum simulacra, summaque Fallacem fugiunt, & quæ fecere venerunt, Idem tom. 6. in vita, Beyerl. in Apoph.

An. Christi Domini 394. sequenti scilicet ab eo, qui Gentilium Deorum responsis fatalis prædictus erat, ut Christiana religio penitus excita deficeret, Dei providentia factum est, ut Deorum templorum & in eis constitutorum idolorum facta fuert ubique prostratio ac demolitio, contra verò Christianam religionis res magna creverint accessione. Idque diversis verbis S. Augustinus affirmat, dum ait: Sequenti anno, Consule Manlio Theodoro, quando jam secundum illud oraculum demonum, aut figmentum hominum, nulla esse debuit Christiana religio; quid per alias terrarum partes factum sit, non fuit necesse perquirere. Interim, quod scimus, in civitate nostrissima & eminentissima, idest Carthagine Africæ, Gaudentius & Jovius Comites Imperatoris Honorii, quartodecimo Kalendas Aprilis, fallorum Deorum templa everterunt, & simulacra frægerunt. Ex quo utque ad hoc tempus per triginta ferme annos, qui non videat, quantum creverit cultus nominis Christi, præsertim posteaquam multi eorum Christiani facti sunt, qui tanquam vera illa divinatione revocabantur a fide, eamque completo eodem annorum numero inanem iteridamque viderent? D. Aug. lib. 18. de parat. Civ. Dei, c. ult.

Idem Honorius idolorum cultum hac fatione prohibuit: Templorum, inquit, detrahanur annoz, expensis devotissimorum militum profuturæ. Simulacra, si qua etiam nunc in templis sanique consistunt, & quæ alicubi ritus vel accepterint vel accipiunt Paganorum, suis sedibus evellantur; cum hoc repetita sciamus lapsi functione decretum. Edificia ipsa templorum, quæ in civitatibus, vel in oppidis, vel extra oppida sunt, ad usum publicum vindicentur. Are locis omnibus destruantur: omniaque templa in possessionibus nostris ad usum accomodatos transferantur; domini destruoere cogantur. Non liceat omnino in honorem sacilegii ritus funestioribus locis exercere communia, vel quiddam solemnitatis agitare. Episcopis quoque locorum hæc ipsa prohibendi Ecclesiasticæ manus tribuimus facultatem. Judices autem viginti librarum auri poena confringemus, & pari forma officia eorum, si hæc eorum fuerint dissimulatione neglecta. L. 19. de Pagan. C. Theodos. Do. 408.

MICHAELAUS, qui primus inter Reges in Pannonia Christianam religionem plantaverat, postquam eadem fuerat initiatæ, & una cum Proceribus, quos circa se habebat, baptizatus, publico Edicto mandavit, ut omnes tam oppidorum quam pagorum incolæ, tam Nobiles, quam Plebes, ubi dies septima Mensis Martii illuxisset, idolis omnibus passim concussis & contractis, aqua salutaris itidem abluerentur, & Christianorum posthac sacra colerent, atque obirent. In maiori Polonia mos invaluit, ut pueri quorannis ipsa die, quæ Dominicam Legare dictam præcedit, idoli cupidam imaginem faciant, eamque per vicos passim circumgestant, tandem in cænum aut paludem abijciant ac mergant, statimque ex eo loco quam celerrimè auferant. Refertur tom. 6. Civitatum ad descriptionem Pannonia pag. 46.

ALPHONSUS Congi Rex, qui primus nuper adventantibus Lusitanis Christiana fide imbutus fuit, adversus fratrem suum idolorum cultorem arma sumpsit, eumque fugavit ex Urbe Parigi, & prælio vicit: quam victoriam Christo dum retulisset acceptam, curavit oculis edici, omnes ut incolæ idola sua, & quidquid Christiane religioni adversarium, aut ab ea veritum haberent, ad certum diem desererent ad locum, ubi primum templum commissum fuerat: collatis etiam ibidem lignis, ea universim accenderent, igneque admo in cineres redigerent: quod ita evenit, certam enim omnes convulerunt terribis demonum figuras, dracones, serpentes, aliaque animalia viva, quæ exquisitis cibis enutrierant, ac universa combustuerunt. Indæ Orientales, p. 1. lib. 2. c. 3. per Edoardum Lopez. Illustrari & multum auferi hic Titulus poterit, ex Loco de Religione, Tit. Religiosi cultus correctio, ubi ex proposito de hoc argumento disseritur.

Pete ex Tit. de Superstitione, Idololatria prohibitionem. In Idololatriæ, crudelitate, ex Tit. de Panitentia. Ob Idololatriam panitentes, ex Tit. de Panitentia. Idolorum Templa everfa: Luci succissi &c. Pete ex Loco legato de Religione, Tit. Templa everfa &c.

A * IDOLORUM VANITAS MIRACULIS PROBATA.

Bartholomaeus Apostolus, assumpto secum Evangelii volumine, ad Indos profectus, ut gentem profundissimis peccatorum & ignorantiae tenebris involutam luce veritatis illudicaret, & diaboli servitute in veram Christi libertatem vindicaret, templum quoddam ingressus, invenit ibi idolum (incolae Astarte nuncupabant) quod homines quovis morbo afflictos se curantur profitebatur. Sed quod fallaciam demonis qui cecis mortalibus persuadebat se curationem adhibere, eos a se in morbos & varias calamitates levibus agitabat: quo facto miseri se ingenti beneficio affectos putabant. Primo autem Bartholomaei adventu, simulacrum, aut potius demon, qui in colabatur, nec responsa dare, nec afflictis ullo modo consulere poterat. Legitur cum in dies major agrorum multitudo in templum curationis causa conflueret, neque tamen eorum quicquam optatum remedium inveniret, nefarii sacerdotis pleni confusione, ad proximum inde oppidum abire coacti sunt, ut ad Deo, qui ibi colabatur, tanti silentii causam quaerent. Respondit Berthus, hoc enim illi Deo nomen erat, eam ob causam Astarte nuncupabatur, quod Bartholomaeus Dei Apostolus praesens esset. Cumque illi, quisnam is esset, & qua ex re eum interoscere possent, rogarent, respondit, eum veri Dei amicum esse, eamque ob causam in eam venisse provinciam, ut omnia deorum numina everteret. Illi his auditis, relicto idolo, magna diligentia Apostolum inquirere coeperunt. Cumque hinc inde certis distincti manipulis discernerent, forte quidam demonio obsecutus, magno cum ejulatione clamare cepit, se Bartholomaei precibus mirum in modum cruciari. Quo audito, Apostolus demoni silentium verbo imposuit, & dicto citius ab homine expulsi, & quod idola demonum essent simulacra, edocuit. In vita 25.

Scipitius Sever. Bituricensis Archiep. ad hanc rem hujusmodi referit miraculum: In vivo, inquit, cui Leprosam nomen est, cum B. Martinus templum opulentissimum superstitione religionis voluisset evertere, relictis ibi multitudinem Gentilium, adeo ut non absque injuria sit repulsi. Itaque fecerit ad proxima loca, ibique per triduum cilicio reclusus & cinere, jejuniis semper atque orans, precabatur ad Dominum, ut quia templum illud evertere humana manu non potuisset, virtus illud divina diceret. Tum subito ei duo Angeli hastati atque scutati instar militum caelestis se obtulerunt, dicentes, missos se ad Dominum, ut rusticam multitudinem fugarent, praedidiumque Martino ferrent, ne quis, dum templum dirueretur, obstitit: rediret ergo, & opus coeptum devotus impleverit. Ita regressus ad vicum, insperantibus Gentilium turbis & quiescentibus, dum profanam aedem usque ad fundamentum dirueret, aras omnes atque simulacra redegit in pulverem. Quo viso, rustici cum se intellexerent divino nutu obstupescere atque perterritos, ne Episcopo repugnarent, omnes ferè in Jesum Dominum crediderunt, clamantes palam & consentientes, Deum Martini colendum, & idola negligenda, quae sibi adesse non possent. In vita B. Martini lib. 1. c. 12.

Engepius in vita S. Severini apud Sar. & Bar. 6. 473, proferit miraculum, quo apud Rugos Christiani ab idololatriis distincti sunt: In castellum, inquit, cui vocabulum erat Cucullis, devotionibus accolarum vit sanctus advenerat advocans, ubi factum grande miraculum nequeo reticere. Pars plebis in quodam loco nefandis sacrificiis inhaerebat. Quo sacrilegio comperto, vir Dei Severinus multis plebem sermonibus allocutus jejunium triduanum per presbyteros loci persuasit indicere, ac per singulas domos ceteros offerri precepit, quos propria manu uniuscujusque pariter affixit Ecclesiae. Tunc Platerio ex more decurio, ad horum sacrificia presbyteros ac diaconos vir Dei hortatus est, tota cordis alacritate communem Dominum deprecari, quantum ad sacrilegos discernendos lumen suae cognitionis ostenderet. Itaque cum multa largissimis fleibus, cum eis flexis genibus deprecaretur, pars maxima cercorum, quos fideles attulerant, subito est accensa divinitus: reliqui vero eorum, qui praedictis sacrilegiis infecti fuerant, volentesque laetere negaverant, inaccessi permanserunt. Tunc ergo qui eos poluerunt, divino declarati examine, protinus acclamantes se cetera peccatoris satisfactionibus prodiderunt, & suorum testimonio cercorum manifesta confessione convicti, propria sacrilegia testabantur. Quo declaratum est, qui fuerint filii lucis, quive tenebrarum: & illud Apostoli aptari potuerit: Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino.

D per singulas domos ceteros offerri precepit, quos propria manu uniuscujusque pariter affixit Ecclesiae. Tunc Platerio ex more decurio, ad horum sacrificia presbyteros ac diaconos vir Dei hortatus est, tota cordis alacritate communem Dominum deprecari, quantum ad sacrilegos discernendos lumen suae cognitionis ostenderet. Itaque cum multa largissimis fleibus, cum eis flexis genibus deprecaretur, pars maxima cercorum, quos fideles attulerant, subito est accensa divinitus: reliqui vero eorum, qui praedictis sacrilegiis infecti fuerant, volentesque laetere negaverant, inaccessi permanserunt. Tunc ergo qui eos poluerunt, divino declarati examine, protinus acclamantes se cetera peccatoris satisfactionibus prodiderunt, & suorum testimonio cercorum manifesta confessione convicti, propria sacrilegia testabantur. Quo declaratum est, qui fuerint filii lucis, quive tenebrarum: & illud Apostoli aptari potuerit: Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino.

* IDOLOLATRIAE, ET IDOLOLATRUM POENAE, ET SUCCESSUS TRAGICI. EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

Quia Achab Rex Hebraeorum Jeroboam idololatriae vestigia sedatus est (gentem uxorem duxit, Hierichuntem urbem iussu Dei evertam instauravit, Baal templum & lucum dicitavit, &c.) In prelio adversus Syriae Regem sagitta inter pulvices & Romachum ictus, ex eo vulnere non solum vitam amisit, sed cruorem etiam ipsius humi effusum canes lixerunt: quia corde atris servierat, meruit, ut sanguis ipsius canum sepeletur visceribus. 3. Reg. 16. 10/6.

MANASSES Rex oppidum facella exstruxit idolis, & in montibus omnia demonis dicata refecit altaria, &c. In aula aruspices, veneficos, &c. habuit: valde multum effudit sanguinis innocentis, & idolum in templo Domini posuit: idcirco Deus permisit, ut ipsummet ministrum filium primogenitum per conjugationem interficeret; & praenotium in urbe Hierosolyma fieri iussit hujus sententiae: Quoniam Manasses Rex, &c. me contemnere & solus omnium peccata perpetrare ausus est, uni ipsi penas, quas irrogare omnibus consoleo, irrogabo. Ducitur victus in Babylonem, &c. Recte ergo Levi: Facile Sathanus in omnia flagitia impellit, quos in religione decipit. Et in parvis rebus negligens ulior, gravem laed majora vindicem servat. 4. Reg. 21. 2. Paral. 31.

EXEMPLA HISTORICA. Cum Julianus apostata ann. Chr. 363. conaretur templum Hierosolymitanum in gratiam Iudaeorum instaurare, ut eos ad suam impietatem ad sacrificia & cultum simulacrorum pertraheret, & quia simul fore sperabat, ut Christi sententiam frustraret, quae non patitur templum illud instaurari (Matth. 24.) is qui comprehendit sapientes in ipsorum astutia, protinus ipsis factis declaravit illud, quod Dei decretum omnibus est potentius, quodque valida fuit opera sermonum Dei. Nam simulacra artifices hunc impium conatum tentassent, capissentque nudare fundamenta, multaque terram exhaustissent, restaretque, ut iam structuram aggrederentur, protinus ignis exiliens e fundamentis, exussit multos, & intempetivam pernicitiam interruptit. Haec Chrysost. Adv. Iud. or. 8. Adv. gent. in Matth. hom. 4. in Ap. hom. 41. Greg. Naz. or. 2. in Iul. Russ. lib. 1. c. 38. & 39. Socrat. addit lib. 3. c. 17. Ignis caelitus demissus omnia opificum instrumenta absumpsit. Etenim videre licebat malleos, ferras, securas, ascias, denique omnia qua opifices habebant ad opus perficiendum idonea, flammam incendio vastata: totum diem ignis ista depulsi est. At non tantum terrarum & igne exturbatum divinitus fuisse opus, sed vehementer ventorum vi oborta materiam preparatam esse disiecitam. Theod. affirmat lib. 2. c. 17.

Cum daretur Gentilibus Aegyptiis à Juliano apostata sollicita orgia celebrandi, & alta à Christianis principibus vitia liberae facitandi, erant aliquando (ait Evagr. in vit. Patr.) in circuitu S. Apollonii (monachi) positi decem circiter gentilium vici, apud quos daemonica superstitione summo studio colebatur. Templum ibi erat amplissimum, atque in eo simulacrum, quod mortis erat circumferri, sacerdotibus bacchantium ritu cum reliqua multitudine circumventibus, & quasi per aquas imperandis profana mysteria peragebant. Contigit autem sub eo tempore, quo hujusmodi ab eis orgia gerebantur iter facere B. Apollonium per ipsa loca cum aliquot fratribus. Et cum vidisset infelicium turbas quasi demone quodam agi debacchari per campos, miratus errorem eorum, fixis genibus invocabat Dominum & Salvatorem nostrum, & omnes deos qui caeremoniis demoniacis agebantur, cum simulacro suo stare fecit immobiles, nec progredi omnino ulquam posse; atque ita per totam diem rapidissimis adusti aestibus permanserunt, ignorantes, unde eis haerere uno loco immobiliter contigisset. Tunc sacerdotis eorum dicebat, quandam Christianum in regionibus vicinæ etiam commemorantem, Apollonium nomine, haec praestitisse, qui nisi esset exoratus, eis periculum permanerant. Ut autem ad rei tantae miraculum convenirent undique qui audierant, & percontantes, quae tanti causa extiterat monstri, ignorare se penitus fatebantur, suspicionem tamen danti sibi dicunt supradicti viri, quem & exorari pro se deponunt. Tunc quidam ex ipsis verè eos opinari ait: nam & vidisse eum illo itinere praetererunt confirmatam adhibere que putabant professe auxilia non morantur, adducunt boves, quorum virtute videretur moveri posse simulacrum. Sed cum nec sic aliqui proficiscent, omni auxilio frustrati, legatos ad hominem Dei mittunt pollicentes, si eos relinquit ab his vinculis, pariter quoque erroris vincula dissolvi. Haec ubi nuntiata sunt ei, sine mora descendit ad eos, & oratione sola ad Deum

A fusa omnes resolvit. At illi sine dilatione unanimiter omnes confugiunt ad eum, Salvatori Deo nostro credentes & gratias referentes; simulacrum verò quod erat ligneum, continuo igni tradunt: ipsi autem secuti sunt hominem Dei, atque edocti ab eo fidem Christi, Ecclesiae Dei sociati sunt: plurimi verò ex iis etiam nunc in monasteriis degunt. Facti hujus mirabilis fama ubique diffusa est, & multi per hoc ad fidem Domini convertebantur, ita ut in regionibus illis nullus jam penè gentilis remaneret. Haec Evagr.

An. Chr. 380. cum Festus proconful in Asia idolorum cultui se dedisset, mirando modo emisso clausit exterrum: Nam, ut ait Eutr. qui & ipse Deorum cultor erat, Eumenidum delubrum accedit, ingressus ad eas, narrat visum sibi somnium, atque inter narrandum lacrimis visum aspergit. Dicebat, Maximum (Philosophum), Juliani apostatae magistrum, qui sub Valente accensus magis, male perit) numela colito injecta visum fuisse ipsam ad ortum pertrahere sistendum Plotonis iudicio: Qui adertant conterriti, vitamque viri totam recolentes, lacrymae quoque pro se profusam lacerabant, iubebantque veniam & pacem à Deabus precari. Ille dictis audiens, vota facit. Sed dum egreditur, ipse concidit humi: domum relatus, concisum explevit.

An. Chr. 404. Saeculares ludii (quos fatales perpetuitatis urbis & felicitis ejus status conciliatores dicebant esse gentiles, Constantinus verò magnus penitus abrogaverat) permisso Honorii Imp. non sine dedecore Christiani nominis, & summa Imperii pericula editi sunt. Nam eo scelere ad exitium urbis Deum sollicitavit: Paucos enim post annos, eam Gothis Alarico duce dedit capiendam atque praedandam. Quia, inquam, quae tot legibus Christianorum principum prohibita erant gladiatorum spectacula, & quae ne fierent, redempta fuerant sanguine martyrum, sunt iterum restituta sub Honorio ab ipsis Gentilibus, & quidem solemniter: vultu haec facinora Romano sanguine per Gothorum gladium expleti. An. enim Chr. 409. ab Alarico Gothorum Rege Roma obfidetur. Cum autem obfidit arctior perduraret, fame pesteque populo Rom. vexato, interclusus omnibus comitibus, vi adacti fuit Romani obfessi auro pacem redimere, atque in hunc finem coacti sunt exhausto aetario spoliate Deorum simulacra auro & gemmis, quibus recens fuerat exornata. H. o. cum autem jussu & aequa lance librato divino accidit proficui. Prud. lib. 2. advers. Symmach.

Quid enim iudicium, Christianorum Imp. functionibus & saepe promulgatis edictis, iteratimque crebris re scriptis, claudis templis, aras disjici, atque simulacra confringi iusta fuisse; cum tamen omnibus his conceptis, ac pro nihilo habitis, tantum adfuit, ut à simulacrorum cultu se abstinerent, quod per factis idolis alia pretiosiora succurrerit, atque omni genere ornata: utorum nobilitarum: Non certe, non est humanarum virium divinum consilium irritum reddere, vel Deum fallere, & divina decreta eludere. Et cum ad hoc Christi venisset in mundum, ut dissolveret opera diaboli, ac idololatriam penitus aboleret, hi verò ediderunt Dei consilium posse dissolvi, merito ipsi idolorum cultores (ut, in vii licet, divina obtemperarent voluntati qui iam Imperatorum edicta contempserant) eo necessitatis sunt adacti, ut à barbaris coactati ipsi praestarent, quod rogati vel iusti à Christianis principibus, ac divina legis Antistibus facere contempserunt. Quam par fuit, ut qui Christianis Imp. parere renuissent, cogentur à Regibus barbaris iusta capessere & implere: ut plane quisque ista recto mentis obtutu considerans, perspicue illud intelligat, ad hoc barbaros immisos in urbem vindices, ut alris fixam radicibus idololatriam funditus exstirparent. Et magna Dei providentia factum est, ne in odium & invidiam Catholicæ fidei verteretur clades urbis, cum non per Catholicos piofles fideles id parati voluit, sed per barbaros & impios Christianos, eosdemque reiectos, & à communi natione fidelium discretos, perfidos Arianos; qui ad hoc à Deo electi sunt, ut quæ suæ voluntatis essent, eum licetores parentes principi, exequerentur: quibus aptari potest, quod olim Dominus adversus idololatrias exprobrans, per Jeremiam ita fuit comminatus: Misit Dominus ad vos, &c.

An. Chr. 440. Roma ab Alarico est capta, & clarissima urbis loca, ait Orosius lib. 7. c. 39. fulminibus diruta sunt, quæ in flammam ab hostibus nequiverant: unde Bar. T. 5. annal. Quis rogo, at ista alta mente considerans, non intelligat haud aliam ob causam à Deo ingentem permissionem in urbem Alaricum, quam ut in ignominiam idololatriam pareret nobilem religionis Christianæ de gentilitate victa atque prostrata triumphum: Sic Deus voce sua intercedens flammam ignis, & quod in ea lucis est atque splendoris, ab incendio illate cladis egregans, Christianis illuxit; incendium autem in impios sicut impetu barbarici

furoris longè lateque grassari: ut non secus ac olim percutiente Deo Aegyptios, plandus eorum in aures omnium increbesceret, contra verò in terra Gessen pii immunes essent, canentes in viis Domini, adeo ut vox exultationis, & salus in iustorum, tabernaculis audiretur, in ipsis inquam Christianorum Ecclesiis, in quas edicto Regis tutum patere effugium: ut nunquam plane nobiliorem viderit Roma triumphum, ubi uno momento ad libertatem atque salutem tota Asia libertatis ac securitatis sedes fuerint restituta, quot erant in urbe Christianorum Ecclesiae. Non desuit tanto triumpho pompa, longo itineris ductu procedentibus ac praecedentibus Deo laudes innumeris Christianis, ex victis uno momento magno miraculo victoribus redditis. Qui enim ceperant illos Gothi, quique auro barbarico exigebant imperio, iidem ipsi, reverenti subacti Numinis, sacris vasibus humilem exhibent simulacrum, afferunt, portant, atque ad basilicam Apostolorum principis fida custodia, exteris gladiis comitantur armati, ut plane apparuerit divina potentia, impellente Numine, vincentes barbaros seu captivos consecutos esse victores quos ceperant Christianos. Iidem ipsi Gothi Arianæ & imbuti perfidia, orthodoxorum implacabiles hostes, & hereticorum omnium crudelissimi, cum jam victoribus nacti essent imperiam, in sedem illam (Petri) à qua scirent sepe se fuisse damnatos, omnem exercendi sevitiam, tanto honore ex imperato ejus Ecclesias cumularunt, ut non ipsas solum illas esse voluerint, sed etiam ad eas confugientas esse securos; quin etiam & vasa sacra inventa, quantumlibet rabida fame inhiarent auro, illas tamen illa reliquerunt & custodita, religiosèque servata voluerint, exhibentes illi quod religioni deberetur obsequium, veritati servitium, numini cultum, & principatui simulacrum, dum que clandestinè fuerant è basilica Vaticana sublata & cum timore translata, summa curant gloria vchi publico quoque apparatu reduci atque securè deducti. Quam superant tam egregio facto Philistæus Gothi Sublatam illi arcem Domini, diuque retentam, non nisi plagis affecti, malis compulsi, coacti flagellis, ejus restituenda tandem consilium inierunt, atque demum ignobili impostum plausu, belliarum indomitatum eam trahentium arbitrio reliquerunt. Inventa vero isti, non ei sublata vasa; nec lignea, sed aurea dona munificæ & mirifica religiosissimi Constantini, non auferre tantum, sed nec tangere ea ausi, haud passi sunt, ubi erant, in honorata reliqui, sed omni curantur celebratis pompa transferri, facti iidem ipsi animati curus, atque simul ipsorum aurige. Adidit & sua Alaricus, puta, munera; sed sciebat à Catholicis res ipsi Arianorum oblationes.

Vidit ne unquam Roma talem triumphum? Spectavit illa sapientis victores duces suos trahere victos hostes, & superatos barbaros victos ducei à militibus captivos, nunquam tamen in tuita est victos ad Romanos Jovem Capitolinum vincentes barbaros redditos obsequentes cum pompa perducere: Sed vidit hoc tempore in triumpho Christi tantum Roma miraculum, victores Gothos, Arianos hereticos, hostes Ecclesiae, Imperii perduelles, truces, barbaros, spontaneo obsequio, longissimo itineris tractu sequi victos, non in Capitolium, ubi idololatriæ sedes erat, sed in Vaticanum, ubi verè religionis super firmam petram, titulo Petri solida facta fuerant fundamenta. Vidit (quod majoris glorie erat) Romanos illos idololatrias, hostes licet implacabiles Christi, volentes sed invictos, restitutos sed spontè currentes, salus cupidos, concito gradu ferri ad eum qui Salvator est omnium nominatus. Haec Barr.

H Tempore Honorii Papae an. Dom. 626. Monachus, Moroveus nomine, ad Terdonam urbem à beato patre Aitala directus, ad quandam villam supra Ypram fluvium sitam pervenit, ubi sanum inter arbores positum videns, alatum ignem stipposum, lignorumque congeriem in modum pyrae coarcevit. Quod videntes cultores fani, Moroveum apprehensum, diuque sustibus caesum, & ictibus collisum, in fluvium demergere conantur, sed Monachum unda recipere volebat, quantumquam ille commodè pro tali causa mori paratus esset. Cùmque certene non posse demergi, quem Dominus miseratus custodiret, prostratum super undas Moroveum, macerantemque lapidum desuper coarcevant, ut immane pondus corpus ejus submitteret undis: relictoque, ut ipsi rebantur, cadavere, ad metatus revertuntur. Quibus abentibus, Moroveus nihil mali sentiens, incolumis à fluvio surgit, ac dispersis nexibus Terdonam ingreditur: & peracto negotio suo ad monasterium repedit. Continuo divina ultione prosequente, omnes, qui ad opus illud patrandum crudeles se exhibuerant, diversis poenis afflicti sunt. Alios namque caecitas, alios ignis iussit, alios contractio publica, alios omnium membrorum debilitas invasit, diversisque diversæ perceperunt tormenta: quorum tamen ali-

A aliquo ad Bobiense monasterium se duci rogaverunt, & postulatam veniam, per poenitentiam medicamenta illata poenitentiam evaserunt; reliqui omnes in eadem ultione mortui sunt. Ex Iona Abbate, Baron. Annal. tom. 8. an. 626. 35.

Idus.

* MENSURAM, qua singulis acciderunt. Quere locum de DIE, ubi Tit. est Dierum usus Chronologicus.

* Jejunium.

DEFINITIO, ET DIVISIO.

Jejunium, Graece νηστια, est abstinentia ciborum; & per metaphoram transfertur ad cessationem a vitiis. Deducitur autem a νηστω, quasi νηστειον, id est, non edere; unde Latini nomen Inedia.

Accipitur vox Jejunii 4. modis, unde & quadruplex Jejunium oritur.

Spirituale, quo a vitiis abstinetur, quod appellat August. Jejunium magnum Tract. 17. in Ioan. estque acceptio metaphorica.

Morale, estque parsimonia cibi & potus, quam etiam duce natura Philosophi approbarunt: de quo Vide S. Hieron. lib. advers. Iovinianum.

Naturale, vocant Theologi abstinentiam ab omni profusis cibo aut potu quavis ratione ad stomachum transmissio; quod jejunium praecipitur sumptus corpus Dominicum, & id Spiritu S. inflinctu, ut loquitur S. Aug. epist. 118.

Ecclesiasticum, de quo vox Jejunii communiter accipitur; estque abstinentia cibi iuxta regulam ab Ecclesia praescriptam, quae habet, ut fit tantum unica restitio de die, eaque olim creta, non praeferunt; idque etiam in veteri testamento observatum constat, Iudic. 20. 2. Reg. 1. & 3. Protrahent etiam primi Christiani jejunia sua in horam nonam vespertinam, cujus rei multa testimonia producit, Card. Bellarm. 1. 4. contro. lib. 2. c. 2. de bonis operibus in particulari. Abstinebatur a certis cibis, ac possimum carne vulgo dicta, ovis, lactiniis: in quibus servanda est Ecclesiae consuetudo, & varius usus locorum.

De hoc ciborum delectu, Vide quae supra dicta fuerunt in loco de Cibo, Tit. Delectus Ciborum Ecclesiasticus.

JEJUNII PRAECEPTUM.

Deus per Joelen poenitentibus secundum imperat jejunium cum sicco & plandis; quae praecipio moralis est, ad omnes se extendens, c. 2. Christus Mattheo 6. tradit modum jejunandi, dicens: Tu autem cum jejunas, unge caput tuum, &c. praesupponit igitur aliquando jejunandum, & loquitur de jejunio proprie dicto, non vero de abstinentia sola, & victus moderatione.

S. Aug. ep. 86. ad Casulanum: Ergo, ait, Apostolicis litteris & Evangelicis, totoque instrumento quod novum appellatur, animo id revolvens, video praecipuum esse jejunium. Quibus autem diebus oporteat vel non oporteat jejunare, non invenio ibi definitum. Itaque ad Ecclesiae Pastores id spectat, pro necessitate vel utilitate Ecclesiae, decernere.

INSTITUTIO, OBLIGATIO, &c. OBSERVATIO DEO GRATIA.

Lege Ecclesiastica indicta jejunia tenentur fideles in conscientia observare, ut docent omnes cum veteres, tum recentiores Theologi; estque illius observatio pars divini cultus. Vide S. Thom. 2. 2. q. 147. art. 3. ad 2. & Theologos in 4. sent. dist. 15. & interpretes Juris Canon. In rubr. de Observat. Jejuniorum. Omnia autem jejunia Ecclesiastica sunt jure humano instituta, sub quo etiam comprehenduntur, ordinationes ab Apostolis seu Ecclesiarum Rectoribus factae: a quibus jejunium quadragesimale dimanavit, ut docent passim omnes veteres.

In Ecclesia veteri habebatur jejuniorum institutionem Deo gratam extitisse, ac primum quidem laudantur filii Jonadab apud Jeremiam c. 35. quod patri suo obedierint, qui illis interdixerat vinum usque in sempiternum.

Hesler. c. 9. ex institutione Mardochei, Judaei omnes servabant jejunium in memoriam liberationis ab Aman persecutione.

Apud Zachariam c. 8. fit mentio jejunii 4. 5. 7. & 10. mensis, quae tamen non fuerunt indicta, nisi per eos qui Rempub. administrabant, & nihilominus omnes eis obligabantur.

In novo Testamento Act. cap. 15. Apostoli interdixerunt eum sanguinis & suffocati, quae dudum etiam nunquam usurparunt primi Christiani.

Vide etiam infra, Violati Jejunii poena.

* TEMPORA, ET EORUM CAUSAE.

Ecclesiam providere tempora certa jejunii determinasse, ex sine jejunii colligi potest, suntque universim LVI. dies, quibus ex praecipio jejunant; alibi tamen ex consuetudine plures.

QUADRAGESIMA.

Jejunium Quadragesimale verno tempore ante solemnitate Paschalem indicitur, ut praeparati ad tantae solemnitatis celebritatem accedant omnes; utque caro tunc subdat spiritui, maxime eo tempore, quando ob sanguinis augmentum, maxime accenditur fornax concupiscentiae, ac humores augentur, sic ut tunc vel maxime salubre reputetur.

Durat autem diebus XL. ob varias istius numeri mysticas significaciones. Diebus enim XL. diluvium inundavit mundum, & exiavit: totidem jejunavit Moyses in deserto, ut legem acciperet: Elias fugiens Jezabelem: totidem annis filii Israel fuerunt in deserto: Christus etiam diebus XL. jejunavit. Denique hac ratione velut Deo decimas perbivimus dierum anni qui 365. cujus numeri pars decima, dies XXXVI.

Olim autem Quadragesima tantum constabat 36. diebus, Telephorus Papa addidit septimam hebdomadam pro Clericis, ut constat cap. statuum dist. 5. At illa lex aboluta est contra consuetudinem, & obtinet nunc consuetudo inchoandi jejunium Quadragesimae a Feria IV. post Dominicam Quinquagesimae.

Institutionem autem Quadragesimae fuisse Apostolicam, & a tempore Apostolorum observatam, omnium veterum sententia est. Imo Aug. ep. 119. Quadragesima jejuniorum habet auctoritatem, & in veteribus libris, & ex Evangelio, quia totidem diebus Dominus jejunavit: & Ambros. epist. 82. Quadragesimarius jejunii numerus, non ab hominibus constitutus, sed divinus est consecratus; nec terrena cogitatione inventus, sed caelestis majestatis praecipuum est, serm. 26. Illis autem antiquior S. Ignatius, Quadragesimam, ait, nolite despiciere, epist. ad Phil. Meminit ejusdem Clemens in constit. Apostolicis lib. 5. c. 3. Legatur S. Hieron. in cap. 29. Ezechiel. Ambros. G. serm. 23. 24. 25. Greg. hom. 16. in Evang.

Quomodo observata, Quere infra, inter exempla. De jejunio vero Quadragesimali, Vide quae dicuntur loco proprio de Quadragesima.

QUATUOR TEMPORA.

Jejunium quatuor temporum respondet IV. anni partibus, quibus insignes mutationes fieri consueverunt aeris & corporum. Olim tribus tantum jejunabatur. Calixtus I. epist. 1. quartum adiecit, ut habetur c. 1. Jejunium dist. 76. Quibus autem temporibus fieri debeat, statuit Urban. I. cap. 4. & apud Covarruviam lib. 4. var. c. 20. n. 9. Primam originem ab Apostolica traditione deducit Bellarm. supra cap. 19.

FERIA IV. VI. ET SABBATUM.

Etiam illis diebus olim jejunabatur, si non rigide sub peccato, certe tamen abstinentium fuit a carnibus, quamvis consuetudo abrogaverit feriam IV. De Sabbato autem ita scribit S. August.

Alia vero jejunia, quae pro loco terrarum, regionique variantur, sicut est, quod alii jejunant sabbatum, alii nona: alii vero communicant quotidie corpore & sanguine Domini, alii hinc certis diebus accipiunt: & si quid aliud hujusmodi animadverti potest: totum hoc genus rerum liberis habet observationes: quod enim neque contra fidei Catholicam, neque contra bonos mores esse convincitur, indifferenter est habendum: & pro eorum, inter quos vivitur, societate conservandum est. Ad Iam. & hab. in decretis, dist. 12. can. illa autem, s. Alia vero.

Mater mea Mediolanum me secuta invenit Ecclesiam sabbato non jejunantem. Ceperat fluctare, quid ageret. Tunc ego consilium de hac re beatissimae memoriae Ambrosii Episcopi. At ille ait, Cum Romam venio sabbatum jejunio: cum Mediolani sum, non jejunio. Sic & tu, ad quamcumque Ecclesiam forte veneris, ejus morem serva, si cuiquam non vis esse scandalum, nec quemquam tibi. Hoc cum matri renunciam, libenter amplexa est. Ibid. & hab. eadem can. s. Mater.

Nihilominus Gallia & Belgio, non modo non jejunant ex praecipio in Sabbato, nisi aliud in eo occurrit impedimentum, puta vigilia aut simile; sed insuper invaluit ibidem

A consuetudo quae hodie laudabilis habetur, & ab Ecclesia Praelatis etiam usurpatur, omnibus Sabbatis inter Domini natalem, ejusque in templo oblationem, five toto Mariani puerperii tempore, intermittendi usum piscium, ac liberè vescendi carnibus. Quam quidem piam consuetudinem introductam volunt ob honorem puerperii, quod omnibus foribus, & secundis casibus, cujus aliquid contrarium asserere non erubuerunt quidam haeretici, Mariano parvi & puritati detrahentes; in quorum despectum Catholicis virginalis integritatis defensores, consuetum leioris epuli refectioem tam hanc quam illum venerandum, & recognoscendum. Ad eum modum quo abstinentia a carnibus locum non habet ipso die Nativitatis Dominicae, in quancumque feriam hebdomadae incidit, ut statuit Leo I. epist. 43. ad Turibium.

Hanc autem consuetudinem ea quae praefertur occasione inchoant, fortassis non sine omni culpa inierit fuisse, perique contendunt; tamen postmodum habitum suum, per eam abrogatam generalem Ecclesiae legem, quae Sabbatis indicitur abstinentia a carnibus. Quin volunt perique accessisse tandem indulgentiam Apostolicam, cujus tenor Romae nuper exhibitus perhibetur sub Sixto V. in patrocinium cupidam Germani, qui cum aliis combibionibus, Sabbato, tempore puerperii B. Virginis, caponem sibi apparari abique debita dispensatione jufferat, fretus, ut asserant caudicis, privilegio aliquando Belgis ab Apostolica Sede concessio.

VIGILIAE.

Etiam alibi non habent omnia festa Apostolorum vigilias, nec jejunia, etiam si forte aliquando habuerint. Rationem aliquam reddere videtur Baribol. Camerac. c. 3. Dial. de Jejunio. Et quidem de festo S. Bartholomaei, quod non consistit de die obitus ipsius, cum existimetur corio detracto ad alterum diem superstitisse. SS. Thome & Mathiae vigilias abrogatas inquit, quod illi dies plerumque acquo antequam tempore Quadragesimae & Adventus, quibus ex aequo olim jejunabatur. S. Jacobi vero diem jejunium praevium non habere, vult idem Cameracensem, quod obitus existimetur in diebus azymorum. Sunt qui contendunt, olim inter Episcopos Leodiensem & Cameracensem, qui universum Belgium complectebantur, conventum, ut quilibet diecessis senos Apostolos jejunio five vigilia veneretur. Sed usus docet, id a veritate alienum esse, & utrobique celebrari eodem cultu plerumque eorum.

De praecipio igitur universalis Ecclesiae jejunantur vigiliae Nativitatis Domini, Assumptionis Deiparae, Apostolorum quorundam. Item ex consuetudine generalis, omnium Sanctorum, Jo. Baptistae, Laurentii, Pentecostes. Intra tempus Paschale nullum est jejunium proprium, nisi quod in die S. Marci & Rogationum abstinetur a carnibus, & jentaculo, ut dicemus infra. Etiam Epiphania Domini vigiliae de more habet, sed non abstinetur. De prioribus autem videlicet Lectior Commentariorum Jo. Mald. Episc. Antwerp. in primam secundae, qu. 97. art. 3. memb. 2.

DIES DOMINICA.

Die Dominico quamvis licitum sit jejunare, multosque Eremitas jejunasse constat in Viris Patrum: tamen Ecclesia tum nulla indixit jejunia propter Manichaeos, qui Dominicis jejunabant ex errore, ne viderentur gaudere de Christi resurrectione, quam falsam fuisse sibi persuadebant; ut cognosci potest ex Ambros. epist. 83. August. epist. 86.

EUSTATIUS quoque & Aetius, diem Dominicum deputabant jejunio: & contra Aetiani hebdomadam sanctam conturbant transgessant, ut docet Epiph. haeresi 75. & Socrat. lib. 2. dist. cap. 33. Priscillianista quoque die Dominico, & in Natali Domini jejunabant, ut S. Leo restatur epist. ad Turibium.

ADVENTUS DOMINI.

Etiam Adventum Domini jejunari consuevit in Ecclesia Romana, peripicuum est, tum ex cap. consilium, quod est Innocentii III. de Observ. jejuniorum, tum ex Breviario, in quo ad Horas assignantur praecipua, quae in die jejunii assignantur. Ceterum non ex praecipio, sed consilio aut devotione hoc jejunium servatur. Vide Radulphum de Rivo, lib. de Canon. observantia, cap. 16.

FERIAE ROGATIONUM.

Jejunium triduanum Ascensionem, instituisse ferunt S. Martini Viennae Episcopus, ut scribit Greg. Turonensis lib. 2. dist. Francor. cap. 34. propter depulsiorem plurium periculorum, quae Gallia eo tempore a luporum incurfus & terrae motibus patiebatur.

Deinde in Concil. Aurelianensi, idem jejunium receptum legitur cap. 29. Ordo Romanus, qui libet est antiquissimus,

idem jejunium tanquam usu receptum memorat, & in eo c. E. bos Quadragesimales praescribit.

Ceterum servandi hic locorum consuetudo, alibi enim jejunium non est, quod inter Pascha & Pentecosten de pure nulla sint jejunia.

Extat sermo de institutione Rogationum Alchimi Aviti Viennensis Episcopi, qui fuit tertius a Mamerto.

Peremula ex loco de Rogationibus.

* JEJUNII FINIS, ET COMMODA.

Carnales & Epicurei nostri haeretici ridet Catholicorum jejunia, & praefertur delectum ciborum; & quamvis admittant quaedam illius commoda, tamen inutile censent ad placandum Deum. E contra Ecclesia canit: Qui corporali jejunio vitam comprimis, mentem elevas, virtutem largiris & praemia. In Praefatione Quadragesimae.

Igitur jejunium utile est, imò unicuique antidotum efficacissimum ad carnem domandam, ejusque tentationes superandas. Ita eleganter Cyprian. serm. de Jejun. Basil. orat. 1. de Jejunio, August. tom. 9. de util. Jejunii, ait enim:

Jejunium purgat mentem, sublevat sensum, carnem spiritui subjicit, cor facit contritum & humilatum, concupiscentia nebulas dispergit, libidinum ardore extinguit, castitatis vero lumen accendit. Aug. in serm. de Jejunio.

Jejunium verbositate non amat, divitias superfluitatem judicat, superbiam spernit, humilitatem commendat. Praefertur homini seipsum intelligere; quod est firmum & fragile. Idem.

YPERICUS Abbas percontanti, Quid esset jejunium, Praerum, ajebar, Monachis adversus peccatum: Qui autem illud abjicit, velut equus furens, desiderio feminat rapitur. In vitis PP. part. 2.

Sensus internus & externos acuit, atque intellectum serenat, consumptis omnibus humoribus caput & cerebrum obtundentibus; de quo Vide Chrysostr. hom. 2. in Genes. & Leonem serm. 2. de jejunio decimi mensis. Unde etiam aliud commodum dimanat, quod animam praeparat ad divinas illustrationes, aliaque Spiritus S. charitativa; de quibus Cypr. supra.

Avertit mala impendentia, & pro reatu peccati satisfacit, ut constat exemplo Ninivitarum Iona 3. Regis Acab 3. Reg. 21. & alibi. Propheta in hunc finem jejunium praedicavit.

Denique est meritiorum vitae aeternae, ut patet ex c. 6. Mat. & in antiqua lege Rechabitis promittitur luculenta merces, quod patri obedivissent, abstinentes a vino. Jerem. cap. 35. & Tob. 12. Angelus dicit, orationem cum jejunio & elemosina esse magis bonam, quam thesaurus auri recondere.

Adhaec jejunium corpori praestat bonam valetudinem, tollit causas morborum, & longevitatem donat, ut innumeris exemplis docemur illorum, qui austeram vitam in summa abstinentia duxerunt, & annos suos extendunt usque ad C. & plures. Novisse se monasterium sanctimonialium adfirmat P. Leonar. Lessius Tract. de Just. & Iure lib. 4. c. 2. dub. 10. tenuissimo & parco victu utentiam, ubi septuagenariae & hexagenariae nondum inter seniores censentur. Ita obtinet illud Sapientis: Qui abstinentes est, adjuvabit vitam. Eccl. cap. 37.

* JEJUNII, ET A CERTIS CIBIS, CERTO ETIAM TEMPORIS ABSTINENTIAM.

EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

Praecipit Dominus Adam, dicens: Ex omni ligno paradisi comede, de ligno scientiae boni & mali ne comedas. In quo abstinentia commendatur, dum non omni cibo voluit hominem uti in paradiso. Gen. 2.

MOYSES bis fuit in monte cum Domino 40. diebus, & 40. noctibus, & non manducavit, nec bibit. Abstinentia enim bona dispositio est ad percipiendas revelationes divinas, & homo refectus divina consolatione, solet corporales delicias abhorre. Exod. 24. & 34.

Filiis Israel praecipit Dominus a multis cibis abstinere. Lev. 11.

Vit five mulier, cum votum fecerint, ut sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare, a vino, & omni eo quod inebriare potest, abstinere. Num. 6.

Uxor Manue, liberatorem populi conceptura, Angelus apparet, abstinendum indicit. Judic. 13.

Fili Israel primò, & secundò a filiis Benjamin percussis fuerunt, postea severunt coram Domino, & jejunaverunt die illo, & sic praevaluerunt in illos. Judic. 20. Parvulus Israel erat in castris etiensis, & erat mel per agrum, & nullus comedit.